

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Caii Crispi Sallvstii Opera Omnia

Sallustius Crispus, Gaius

Lipsiae, Anno MDCCXXIX.

**VD18 13486500**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219271](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219271)




C. n. 228

E. Bibl. Paul. Regii.

94 V 1

~~113~~

94 V 1





CAII CRISPI <sup>94 v 1</sup>

**SALLVSTII**

**OPERA OMNIA**

**IN VSVM IVVENTVTIS**

SCHOLASTICAE

EMENDATE ADMODVM EDIDIT

NOTISQVE AD MODVM

**IOH. MINELLII**

EXPLICVIT

ET INTELLECTV FACILLIMA

REDDIDIT

**M. CHRIST. IVNCKER,**

DRESD.

ILL. GYMN. SAX. HENNEB. SCHLEVS. CON-R.

CVM SER. POL. REG. AC SAX. EL. PRIV.



LIPSIÆ,

**SVMP. M. G. WEIDMANNI,**

SAC. REG. POL. MAJ. AC EL. SAX. BIBLIOPOL.

ANNO MDCCLXXIX.

Hauptbibliothek  
des Waisenhauses

2011

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811

1811



L

M.

I

Hi  
pri  
ip  
da  
int  
co  
fr  
ce  
Co  
lob



# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

M. CHRISTIANVS IVNCKER.

**D**Um a SALLVSTIO, antiquo & probae latinitatis scriptore, concinnatam & Catilina-rii & Iugurthini belli Historiam denuo in lucem emittimus, pristinum seruamus morem nostrum, ipsum videlicet, textum quam emendatissime typis exscriptum Notis, ad intelligendam Sallustii mentem accommodatis, quanta fieri potuit industria, explicantes, abstinentesque fal-  
cem tum ab aliena messe, tum etiam a  
Commentationibus prolixis, sub Phi-  
lologiae nomine eruditas quisquillas

a 2

ven-

## LECTORI

vendentibus vt plurimum. Alio loco argumentum hoc pertractauimus; quare vel tribus verbis monere sufficiat, quid praestitum sit a nobis in noua isthac Sallustii editione. Primum omnium autem exesse iussimus archaismos non necessarios, paene dixerim risu dignos; atque adeo cum quidam legitimalint *omnis* aut *omneis*, nos vbiuis reposuimus, *omnes*. Quid prodest enim, nodum quaerere in scirpo, aut iuuentuti non satis prouidae scrupulum iniicere praeter necessitatem? Reliqua tamen, e. g. quando Sallustius *aliquo* negotio intentum esse, dixit Catil. 2, 8. aut *Senati*, Catil. 30, 3. aut *tumulti*, Catil. 59, 5. & quae his similia sunt; velut & quando is in vocabulis quibusdam duriori magis quam molliori eorundem pronuntiatione delectatur, e. g. *maxumus*, *optumus*, *aestumandum*, *verissime*, *aduorsa* &c. suo retinuimus iure, vtpote & stylo

Sal-

Sallustii, qui paullo elatior est, conuenientia. Circa quam rem notandum est porro, vt characterem Scriptoris huius eo facilius pernoscamus, (ad quem attendere cum primis soleo in quolibet libro) quod is frequentissime omittat vocabulum *coepit*, solo posito verbi infinitiuo, quem Grammatici quidam interpretari iubent per imperfectum, sed absque vlla causa, cum defectum istum percommode expleat verbum *coepit*. Neque abhorret etiam Sallustius aut a poëticis locutionibus, aut a Graecorum dicendi consuetudine; aut a vocibus iam obsoletis; quarum exempla passim prostant, obseruanda quidem, sed non imitanda temere. Praeterea has voces: *vbi*, pro postquam, *vti*, pro vt, *caeterum*, *agitare*, *asper*, *tentare*, propemodum familiares sibi fecit, vt vel ex his dignosci ab aliis suae aetatis Scriptoribus queat Sallustius; qui etiam vocu-


## LECTORI BENEVOLO.

lam & frequentius, quam par forte erat, solet omittere. Caeterum in capita certa paragraphosque distinximus narrationem vtramque, vt feruimus legentium memoriae; *Fragmenta* autem & *Testimonia*, quae aliis Sallustii editionibus adiecta sunt, nos maluimus refecare, quam adponere cramben centies coctam, sine spe vllius emolumenti. Singulares demum voces locutionesque in Sallustio notandas ostendet Index, breuis quidem sed idoneus tamen. Vale LECTOR BENEVOLE, & nostris Bibliopolaeque, optimi Viri, conatibus perge fauere, nouam HORATII editionem eodem adornatam modo, proxime, DEO volente, exhibituri. Dabam Schleusinae, Kal. Martiis, 1606.

Vita

+

ipfu  
& c  
quo  
sple  
ipfu  
do  
bus  
prat  
lib  
amo  
fuer  
& li  
exti  
cum



Vita  
Caii Crispi Sallustii.

**C**Aio Crispo Sallustio Am-  
ternum, in Sabinis situm, agro  
Piceno conterminum oppidum  
natale solum praebuit. Patre  
vsvs est Caio Sallustio, qui elu-  
centem in filio ingenii felicita-  
tem nulla sui parte deferturus,  
ipsum iis omnibus, quae Romanum ciuem ornant,  
& commendant, imbuendum sedulo curavit. Ex  
quo factum est, vt inter aequales prae ceteris ex-  
splendescere cognosceretur eruditio Sallustii;  
ipsumque omnibus anteferendum ostenderet, nisi  
doctrinam, quae in ipso eximia plane erat, mori-  
bus foedisimis obscurasset. Totus quippe volu-  
ptatibus indulgit, famae negligens, profusus opum,  
libidine adeo accensus, vt vagos etiam & obscuros  
amores aleret. Hinc in tam corrupta vitae con-  
suetudine facultates a patre acceptas, alea, ventre,  
& libertinarum mercede delaceravit, pudorem  
extinxit, bonorum odium temere contractum  
cumulavit in dies. Quare non domi modo ino-  
pia

pia ipsum occupavit, sed etiam publice tanta excepit infamia, vt Senatu moueretur. Primum enim ob flagitia saepius pecunia multatus, iam exhaustis talibus impensis opibus paternam domum, supplicii redimensi causa, viuo adhuc patre, & filii mores detestante, vendidit. Apud Romanos autem turpissimum haberi solet, patre nondum mortuo haereditis iura per vim occupare, eumque, cui vitam debemus, velut mori cogere. Deinde ad rempublicam admissus & in Senatorium coopratus ordinem Quaestura atque Tribunatu functus, imò, fauente *Caio Caesare*, Praetor prouinciam Africam sortitus est: sed neutrobique laudem rei bene gestae retulit. Expilauit quippe & exhaustit Africam, nec pecuniam, rei publicae aerario locupletando, sed suis voluptatibus impendit. Exstruit enim hortos amoenissimos sub *Quirinali* ad portam *Collinam*, non sumptuosos magis quam ad omnis generis delicias exactos. His cum suae libidini & famae, tum posterorum voluptati seruiit: plerisque mirantibus, hominem, quem luxuria plane iam perdidit, breui temporis tractu tantas iterum opes corrasisse, vt aedificium tam splendidum, magnificumque non moliri tantum, sed etiam absoluere potuerit. Sed quoniam apud bonos omnes male audiebat, a Censoribus multoties ob amores illicitos admonitum, a *Tito Annio Milone* in Adulterio *Fauslae*, *Sullae* filiae, vxoris, deprehensum, & flagellis caesum: imo adulterium Senatu audiente, ne vlla quidem pudoris nota

fron-

fro  
 mo  
 sci  
 po  
 app  
 qui  
 pau  
 ret,  
 dan  
 ben  
 ne  
 per  
 pas  
 stra  
 qu  
 nau  
 & r  
 tan  
 inio  
 Ca  
 ter:  
 lem  
 tem  
 suan  
 iust  
 Hin  
 Cic  
 dem  
 ling  
 euid  
 cero  
 pro

frontem implente, confessum, Patres suo ordine  
 mouendum censuerunt. Et, si vera sunt, quae ne-  
 scio quis Ciceronis nomine Salustii conuiciis op-  
 posuit, bis Senator, bisque Quaestor exstitit: ex quo  
 apparet, ipsum, deprecantibus Amicis, recuperasse  
 quidem pristinos honores, sed repetito crimine  
 paulo post rursus amisisse. Cum ergo intellige-  
 ret, vitia prioris vitae aliquo virtutis vsu emen-  
 danda esse: ommissa republica se ad historiam scri-  
 bendam contulit. Et multa sane ab vltima origi-  
 ne praeclare gesta ipsum consignasse literis com-  
 pertum est: ex plerisque tamen, si fragmenta, quae  
 passim supersunt, exceperis, nihil integri ad no-  
 stra tempora transmissum est. Vnum tamen hoc,  
 quo bellum Catilinarium & Iugurthinum expla-  
 nauit, opusculo presso quidem, verum nitidissimo  
 & rerum magis quam verborum apparatu redun-  
 tante stylo scriptum, argumento est, ipsum non  
 inique *Principem Historiae Latinae* Martiali dici.  
 Caeterum ex iis, quae supra diximus, abunde pa-  
 ter: Sallustium in omni fere vita varium & mobi-  
 lem, in voluptatibus explendis autem adeo soler-  
 tem callidumque extitisse, vt licet alii in pudicitia  
 suarum vxorum tuenda diligentissimi essent, Sal-  
 lustii tamen audacia studia ipsorum vinceret.  
 Hinc in vulgus emanavit opinio: ipsam *Terentiam*,  
 Ciceronis vxorem, Salustii illecebris captam fi-  
 dem polluisse. Ad haec maledicendi pruritus eius  
 linguam in optimum quemque acuit, eiusque rei  
 euentissimum iudicium habemus, quod non Ci-  
 ceronem tantum, sed etiam Pompeii manes im-  
 probissime laceravit. Suam tamen Cicero ipse,  
 Pom-

Pom-

Pompeii innocentiam Lenaeus Libertus eius  
acerrime ab obtrectatione vindicauit.

Quae vero Sallustii atque Ciceronis nomine cit-  
cumferuntur orationes, non ab ipsis elaboratae, sed  
potius ad similitudinem verborum, quibus sese  
mutuo lacefferant, ab alio & forte Portio Latro-  
ne effictae, atque Ciceronis operibus insertae sunt.  
Post igitur quam in historia scribenda felicissime  
versatus erat, emerfit iterum e tenebris, in quas  
ipsum flagitia detruserant, & in doctorum homi-  
num existimationem profluxit, donec quarto ante  
Actiacum bellum anno, qui est Urbis 719. Mun-  
di 3916. ante C. N. 32. M. Antonio &  
L. Scribonio COSS.  
obit.




C. SAL-



B

N

cella  
irrat  
eo.  
6 te  
bin  
quie



# C. SALLUSTII

## CRISPI CATILINA,

### SEV BELLVM CATILINARIVM. CAPVT I.

**O**

Mnes homines, qui sese student<sup>1</sup> praestare ceteris animalibus<sup>2</sup>, summa ope niti<sup>3</sup> decet, ne vitam silentio trans-eant<sup>4</sup> veluti pecora, quae<sup>5</sup> natura prona<sup>6</sup>, atque ven-tri<sup>7</sup> obedientia finxit<sup>8</sup>.  
Sed

---

## NOTAE MINELLIANAE

### in SALLUSTII

#### Bellum Catilinarium.

1. Qui student sese praestare, ut ipsi praesentent, ante-cellant. 2. qui ratione seu mente destituuntur, carent, irrationalibus. 3. summo studio conniti, contendere eo. 4. transigant, otio ignauro traducant. 5. pecora. 6. terram respicientia pecora, *weiter nicht als vor sich hin sehend.* 7. animali appetitui cibi & voluptatis quiescisque. 8. creauit.

A

eius

e cir-  
ca, sed  
s sese  
atro-  
sunt,  
ssime  
quas  
omi-  
ante  
Mun-

L

2 Sed nostra<sup>9</sup> omnis vis in animo & corpore sita  
 3 est. Animi imperio<sup>10</sup>, corporis seruitio magis  
 vtimur; alterum nobis cum Deis<sup>11</sup>, alterum<sup>11</sup>  
 4 cum belluis commune<sup>3</sup> est. Quo mihi rectius  
 videtur<sup>14</sup>, ingenii, quam virium opibus<sup>15</sup> glo-  
 riam quaerere; &, quoniam vita ipsa, qua frui-  
 mur, brevis est, memoriam nostri quam maxu-  
 5 me longam<sup>16</sup> efficere<sup>17</sup>. Nam diuitiarum &  
 formae<sup>18</sup> gloria, fluxa<sup>19</sup> atque fragilis est; vir-  
 6 tus<sup>20</sup> clara, aeternaque habetur<sup>21</sup>. Sed diu  
 magnum inter mortales certamen fuit: vine<sup>22</sup>  
 corporis, an virtute animi, res militaris magis  
 7 procederet<sup>24</sup>? Nam & prius, quam incipias<sup>25</sup>,  
 consulto<sup>26</sup>, &, vbi consulueris, mature facto<sup>27</sup> o-  
 8 pus est. Ita vtrumque per se indigens<sup>28</sup> alte-  
 rum alterius auxilio eget.

CA.

9. hominum. 10. regimine magis vtimur. 11. com-  
 mune est. 12. nempe seruitium corporis. 13. nobis.  
 14. esse. 15. per potentiam, robur, praestantiam. 16.  
 longissimam. 17. apud posteros. 18. pu'critudinis.  
 19. instar fluminis delabitur. 20. autem. 21. existi-  
 matur. 22. disputatio. 23. num per vim. 24. ma-  
 iores progressus faceret. 25. aliquid in bello. 26. de-  
 liberatione opus est. 27. tunc opus est, vt mature,  
 sine mora, id perficias, de quo deliberatum fuit. 28.  
 vtrumque ex his, si solum sit, indigens est per se, & ne-  
 que aliquid fieri potest sine consilio, & consilium sine  
 facto nihil valet.

I. Tem.

CAPVT IV.

**I**gitur initio <sup>1</sup> Reges ( nam in terris nomen imperii <sup>2</sup> id primum fuit ) diuersi <sup>3</sup>, pars ingenium, alii corpus exercebant, etiam si tum <sup>4</sup> vita hominum sine cupiditate <sup>5</sup> agitabatur, sua cuique satis placebant <sup>6</sup>; postea vero, quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii & Athenienses, coepere vrbes atque nationes <sup>7</sup> subigere: lubricam dominandi, causam belli habere <sup>8</sup>: maximam gloriam in maximo imperio putare <sup>9</sup>: tum demum periculis <sup>10</sup> atque negotiis <sup>11</sup> comperitum est, in bello plurimum ingenium <sup>12</sup> posse. Quod si Regum atque Imperatorum <sup>13</sup> animi virtus in pace ita, vt in bello valeret <sup>14</sup>, aequabilibus atque constantibus sese res humanae haberent: neque aliud alio ferri <sup>15</sup>, neque mutari, ac misceri omnia cereres. Nam imperium facile iis <sup>17</sup> artibus retinetur, quibus initio partum <sup>18</sup> est. Verum <sup>19</sup>, vbi pro labore desidia, pro continentia <sup>20</sup> & aequitate lubrico <sup>21</sup> atque superbia inuasere <sup>22</sup>; fortuna simul cum moribus immutatur.

A 2

Ita

1. Temporum. 2. Regil. 3. homines diuerso modo. 4. illo tempore. 5. rei alienae. 6. quilibet erat suis rebus contentus. 7. finitimas. 8. pro causa belli legitima habere suam dominandi cupiditatem. 9. ponere. 10. ex. 11. bellicis. 12. quod ingenium & prudentia consilii plurimum valeant in bello. 13. dicunt bellicorum. 14. aliquid posset laude dignum efficere. 15. certe res humanae forent in maiori aequitate atque constantia. 16. aliorum transferri. 17. per easdem artes. 18. acquisitum. 19. sed enim vero. 20. Vergnügbarkeit. 21. voluptatis appetitus. 22. robur accipiat.

23.

re fra  
magis  
um  
reftius  
5 glo  
a frui  
maxu  
um &  
t; vir  
d diu  
ine  
magis  
ias  
o 27 o  
alte  
CA  
com  
nobis  
16  
udinis  
exifi  
ma  
6. de  
nature,  
28  
& ne  
n sine  
Tem

- 5 Ita imperium semper ad optimum quemque a  
 6 minus bono <sup>23</sup> transfertur. Quae homines arant,  
 naugant, aedificant, virtuti omnia parent <sup>24</sup>.  
 7 Sed multi mortales <sup>25</sup>, dediti ventri <sup>26</sup> atque so-  
 mno, indocti, incultique <sup>27</sup>, vitam securi peregrina-  
 nantes transiere <sup>28</sup>, quibus profecto, contra natu-  
 ram <sup>29</sup>, corpus voluptati, anima oneri fuit; eo-  
 rum ego vitam mortemque iuxta aestumo <sup>30</sup>,  
 8 quoniam de vtraque siletur <sup>31</sup>. Verumenimue-  
 ro is demum <sup>32</sup> mihi viuere, & frui anima vide-  
 tur, qui aliquo <sup>33</sup> negotio intentus, praeclari faci-  
 noris aut artis <sup>34</sup> bonae famam <sup>35</sup> quaerit. Sed  
 9 in magna copia rerum, aliud alii <sup>36</sup> natura iter  
 ostendit.

23. a malo Principe. 24. subiiciuntur, obediunt.  
 25. homines. 26. voluptatibus corporis. 27. sine  
 studiis atque moribus, rudes. 28. abierunt, mortui  
 sunt. 29. naturae leges. 30. pari, id est, nullo, honore  
 habeo. 31. silentium est apud posteros. 32. omnino.  
 33. alicui. 34. ex facto praeclaro aut ex arte aliqua bo-  
 na. 35. honestam laudem & gloriam duraturam. 36.  
 huic vel illi.

## CAPVT III.

- 1 **P**vlcrum est bene facere reipubl. etiam bene-  
 dicere <sup>1</sup>, haud absurdum est <sup>2</sup>. Vel pa-  
 ce <sup>3</sup>, vel bello clarum fieri <sup>4</sup> licet, & qui fecerit,  
 & qui facta aliorum scripsere, multi laudantur.  
 2 Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par glo-  
 ria sequatur scriptorem, & auctorem rerum <sup>6</sup>,

1. Eloquentem esse. 2. laude omnino dignum est.  
 3. pacis artibus. 4. famam acquirere. 5. praeclara  
 facta. 6. tametsi auctor rerum praeclararum accipi-

tam  
 be  
 fun  
 hen  
 tant  
 rum  
 put  
 sta  
 inat  
 fun  
 Nan  
 aud  
 met  
 rum  
 aeta  
 me,  
 nih  
 ros,

at m  
 cile.  
 seu  
 10.  
 14.  
 quae  
 fide  
 vena  
 publi  
 dum  
 abit  
 e: an  
 abh  
 bus  
 amb  
 cupi

tamen imprimis arduum 7 videtur, res gestas scribere; primum 8, quod facta dictis exaequanda sunt 9; dein, quia plerique, quae delicta 10 reprehenderis 11, malevolentia 12 & invidia dicta 13 putant: vbi 14 de magna virtute atque gloria bonorum memores 15, quae sibi quisque facilia factu putat, aequo animo accipit; supra ea 16, veluti ficta 17 pro falsis ducit 18. Sed ego adolescentulus 3 initio 19, sicuti plerique, studio ad rempubl. latus sum 20: ibique mihi multa aduersa 21 fuere. Nam pro 22 pudore, pro abstinentia, pro virtute, audacia, largitio, auaritia, vigeant 23; quae 24 tamen in animo 25 adspernabatur 26, insolens malorum artium 27: tamen inter tanta vitia imbecilla aetas 28, ambitione corrupta 29 tenebatur 30. Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem 31, nihilominus honoris cupido eadem, quae ceteros, fama 32, atque invidia vexabat.

A 3

CA.

at maiorem gloriam, quam scriptor illarum. 7. difficile. 8. ideo. 9. quoniam oportet, ut stylus historici seu scriptoris respondeat magnitudini rerum gestarum, 10. male facta. 11. taxaueris. 12. ex. 13. fuisse. 14. sicubi autem. 15. commemoraueris. 16. sed ea quae difficilia factu narratur. 17. figmenta, quasi ea ficta essent a scriptore. 18. habet, aestimat. 19. iuuentutis, aetatis meae. 20. animum adplicui ad rempublicam, ad officium aliquod in republica administrandum. 21. contraria. 22. pro pudore audacia, pro abstinentia largitio, pro virtute auaritia. 23. in usu erant, *vvaeren im Schwange*. 24. vitia. 25. meus. 26. abhorrebat. 27. quippe qui animus non erat his artibus adfectus. 28. mea. 29. quae corrumpebatur per ambitionem. 30. quasi captiua. 31. abhorrerem. 32. cupiditas famae & laudis.

a. Post-

## CAPVT IV.

<sup>1</sup> Igitur, vbi <sup>1</sup> animus <sup>2</sup> ex multis miseris atque  
 periculis requieuit <sup>3</sup>, & <sup>4</sup> mihi reliquam aeta-  
 tem a rep. <sup>5</sup> procul habendam decreui: non fuit  
 consilium <sup>6</sup>, socordia <sup>7</sup>, atque desidia bonum  
<sup>8</sup> otium conterere <sup>8</sup>. Neque vero, agrum colen-  
 do, aut venando, seruilibus officiis <sup>9</sup> intentum <sup>10</sup>  
 aetatem agere <sup>11</sup>: sed, a quo incoepto <sup>12</sup> studio-  
 que me ambitio mala detinuerat <sup>13</sup>, eodem re-  
 gressus <sup>14</sup> statui res gestas populi Rom. stri-  
 ctim <sup>15</sup>, vti quaeque <sup>16</sup> memoria <sup>17</sup> digna vide-  
 bantur, perscribere; eo magis, quod mihi a spe,  
<sup>9</sup> metu, partibus <sup>18</sup> reip. animus liber erat. Igitur  
 de Catilinae coniuratione, quam verissime pote-  
<sup>4</sup> ro <sup>19</sup>, paucis absoluiam <sup>20</sup>. Nam id facinus in-  
 primis ego memorabile existumo, sceleris atque  
<sup>5</sup> periculi nouitate <sup>21</sup>. De cuius hominis mori-  
 bus pauca prius explananda <sup>22</sup> sunt, quam ini-  
 tium narrandi faciam.

CA-

1. Postquam. 2. meus. 3. quasi in quietem venit.  
 4. & postquam. 5. a negotiis reipublicae. 6. mihi,  
 7. per socordiam, negligentiam, otium inhonestum.  
 8. *liederlich hinbringen und verderben.* 9. negotiis  
 eiusmodi, quae potius ad seruos pertinent, quam ad  
 ingenuos. 10. me. 11. vitam transigere. 12. consi-  
 lio. 13. abstraxerat. 14. postquam ad illud consilium  
 studiumque rediit. 15. breuiter. 16. tum haec tum  
 illa. 17. narratione. 18. factionibus. 19. tam vere,  
 quam id facere potero. 20. describam. 21. propter  
 nouitatem. 22. explicanda, exponenda.

I VI-

CAPVT V.

**L** CATILINA, nobili genere natus, fuit 1  
 magna vi & animi & corporis, sed ingenio  
 malo prauoque 2. Huic ab adolescentia bella in- 2  
 testina caedes, rapinae, discordia ciuilis, grata fue-  
 re: ibique 3 iuuentutem suam exercuit. Corpus 3  
 patiens inediae 3, alioris 4, vigiliae, supra quam  
 cuiquam credibile est. Animus audax, subdo-  
 lus 5, varius 6: cuiuslibet rei simulator ac dissimu-  
 lator 7: alieni 8 adpetens, sui profusus 9: ardens  
 in cupiditatibus, satis 10 eloquentiae, sapientiae  
 parum. Vastus 11 animus immoderata, incredibili 4  
 nimis alta semper cupiebat. Hunc, post do- 5  
 minationem L. Sullae, libido maxima inuaserat  
 reip. capiundae 12. Neque, id quibus 13 modis 6  
 adsequeretur, dum 14 sibi regnum pararet, quid-  
 quam pensi 15 habebat. Agitabatur magis ma- 7  
 gisque in dies animus ferox inopia 16 rei fami-  
 liaris 17, & conscientia 18 scelerum: quae vtra-  
 que 19 his artibus auxerat, quas supra memora-

A 4

vi.

1. Vicioso. 2. in iisque. 3. corpus Catilinae pote-  
 rat perferre inediae seu famem & sicim. 4. frigoris.  
 5. *verschlagen*, callidus & ad fraudem acutus. 6. In-  
 constans. 7. erat artifex simulandi & dissimulandi.  
 8. alienorum honorum. 9. prodigus facultatum sua-  
 rum. 10. habebat. 11. animus eius magnas res complectens.  
 12. ad se trahendae. 13. quibuscunque.  
 14. dummodo. 15. expendebat, curabat, deliberabat.  
 16. propter inopiam. 17. suae. 18. & quoniam sibi  
 conscius erat multorum scelerum. 19. tum inopiam

tum

- 8 vi. Incitabant <sup>20</sup> praeterea corrupti ciuitatis mores: quos pessuma ac diuersa inter se mala <sup>21</sup>,  
 9 luxuria, atque auaritia vexabant. Res <sup>22</sup> ipsa hortari <sup>23</sup> videtur, quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit, supra repetere <sup>24</sup>, ac paucis instituta <sup>25</sup> maiorum domi militiaeque, quomodo republ. habuerint, quantamque <sup>26</sup> reliquerint, & vt <sup>27</sup> paulatim immutata <sup>28</sup>, ex pulcherrima pessuma <sup>29</sup> ac flagitiosissima facta sit, disferere <sup>30</sup>.

rum scelerum conscientiam. 20. Catilinam. 21. auaritia & luxuria, quae tamen alias diuersissima inter se mala sunt. 22. status & conditio harum rerum. 23. me. 24. paullo altius repetere. 25. mores. 26. & quam magnam egregiamque rempublicam. 27. quatione. 28. sit respublica. 29. respublica. 30. narra. c.

## CAPVT VI.

- 1 **V**RBEM Romam, sicut ego accepi <sup>1</sup>, condidere atque habuere, initio Troiani; qui, Aenea duce profugi <sup>2</sup>, sedibus incertis vagabantur; cumque his <sup>3</sup> Aborigines <sup>4</sup>, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum <sup>5</sup>. Hi <sup>6</sup>, postquam in vna moenia <sup>7</sup> conuenere, dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viuentes <sup>8</sup>, incredibile memoratu est, quam

1. Legi. 2. cum ex vrbe Troia profugisset sub duce Aenea. 3. Troianis. 4. erant. 5. ab omnibus & legum & imperii vinculis. 6. Troiani & Aborigines. 7. in unum locum. 8. ita ut diuersis moribus viuerent.

qua  
eor  
spe  
raq  
tia  
lo t  
cete  
Rom  
para  
ire,  
gere  
lera  
mag  
nefi  
mur  
sti  
niur  
fulta  
dine  
giun

rent.  
12. sic  
gredi  
14. T  
re.  
defen  
fereb  
26. p  
de c  
prop  
bus r  
pro li

quam facile coaluerint 9. Sed postquam res 10 3  
 eorum ciuibus, moribus, agris aucta, satis pro-  
 spera, satisque pollens 11 videbatur; sicuti ple-  
 raque mortalium habentur 12, inuidia ex opulen-  
 tia orta est. Igitur Reges populique finitimi bel- 4  
 lo tentare 13: pauci ex amicis auxilio esse 14: nam  
 ceteri, metu percussi, a periculis aberant 15. At 5  
 Romani, domi militiaeque intenti 16, festinare 17,  
 parare 18, alius alium hortari, hostibus obuiam  
 ire, libertatem, patriam, parentesque armis te-  
 gere 19: post, vbi 20 pericula 21 virtute 22 propu-  
 lerant, fociis atque amicis auxilia portabant 23;  
 magisque dandis 24, quam accipiundis be-  
 neficiis amicitias parabant. Imperium legiti- 6  
 mum, nomen imperii regium habebant: dele-  
 cti 15, quibus corpus annis 26 infirmum, inge-  
 nium sapientia 27 validum erat, reipublicae con-  
 sultabant 28, hi vel aetate 29, vel curae similitu-  
 dine 30, *Patres* appellabantur. Post vbi 31 re- 7  
 gium imperium, quod initio conseruandae li-

A 5 ber-

rent. 9. una gens facti sunt. 10. status, 11. potens.  
 12. sicuti plerumque fieri solet inter homines. 13. ag-  
 gredi coeperunt Troianos & horum socios Aborigines.  
 14. Troianis. 15. huic periculo nolebant se immiser-  
 re. 16. diligentes. 17. coeperunt. 18. bellum. 19.  
 defendere. 20. postquam. 21. belli. 22. sua. 23.  
 ferebant. 24. beneficiis. 25. hi, qui delicti fuerant.  
 26. de commodis reipublicae deliberare solebant. 27.  
 propter senectutem. 28. propter sapientiam. 29.  
 propter senectutem. 30. vel quia similem cum patri-  
 bus naturalibus habebant pro republica curam, ut illi  
 pro liberis suis. 31. postquam.

berratis atque augendae reipubl. <sup>32</sup> fuerat, in superbiam dominationemque conuertit <sup>33</sup>: immutato more <sup>34</sup>, annua imperia <sup>35</sup>, binos Imperatores <sup>36</sup>, sibi fecere. Eo modo <sup>37</sup> minime posse putabant per licentiam inolescere <sup>38</sup> animum humanum <sup>39</sup>.

32. causa constitutum fuerat. 33. sese, conuersum est. 34. hoc pristino & laudabili. 35. eiusmodi imperia fecerunt sibi, quae tantum annua essent. 36. Consules, qui praesiderent reipublicae. 37. per hoc imperium annum. 38. superbire. 39. animos Principum.

## CAPVT VII.

1 Sed ea tempestate <sup>1</sup> coepere se quisque magis magisque extollere, ingeniumque in promptu habere <sup>2</sup>. Nam regibus <sup>3</sup> boni, quam mali, suspectiores sunt <sup>4</sup>: semperque his aliena virtus <sup>5</sup> formidolosa est. Sed ciuitas, incredibile memoratu <sup>6</sup> est, adepta <sup>7</sup> libertate, quantum breui <sup>8</sup> creuerit; tanta cupido gloriae inceserat <sup>9</sup>. Iamprimum iuuentus, simul ac belli patiens <sup>10</sup> erat, in castris per laborem usu <sup>11</sup> militiam discerebat: magisque in decoris armis & milita-

ri-

1. Eo tempore. 2. prudentiam sapientiamque ingenium magis magisque excolere. 3. Principibus. 4. illi solent esse suspecti, qui boni sunt, non autem mali. 5. & Principes semper timere solent aliorum virtutem. 6. d. Au. 7. impetrata, notetur, quod hoc loco adeptus habeat significationem passiuam, cum sit Deponens. Id tamen frequentissimum est bonis scriptoribus priscae aevi. 8. tempore. 9. inuaserat animos Romanorum. 10. simul ac illa idonea erat ad bellum. 11. frequentis exercitatione atque experientia.

12.

rit  
bi  
lak  
us  
tus  
mu  
fer  
le  
ear  
put  
ran  
leb  
xur  
fud  
cep  
her  
12  
diffi  
rium  
prae  
exer  
25. d

SE  
tu  
quan

1. I  
te E  
per  
num  
omni

ribus equis, quam in scortis, atque conuiujs, lu-  
 bidinem <sup>12</sup> habebat. Igitur talibus viris non <sup>5</sup>  
 labos <sup>13</sup> insolitus, non locus vllus asper, aut ardu-  
 us <sup>14</sup> erat, non armatus hostis formidolosus: vir-  
 tus <sup>15</sup> omnia domuerat <sup>16</sup>. Sed gloriae maxu- <sup>6</sup>  
 mum certamen inter ipsos erat; quisque hostem  
 ferire <sup>17</sup>, murum adscendere, conspici <sup>18</sup>, dum ta-  
 le <sup>19</sup> facinus faceret, properabat: eas <sup>20</sup> diuitias,  
 eam bonam famam, magnamque nobilitatem  
 putabant. Laudis auidi, pecuniae liberales e- <sup>7</sup>  
 rant: gloriam ingentem, diuitias honestas <sup>21</sup> vo-  
 lebant. Memorare possem, quibus in locis ma- <sup>8</sup>  
 ximas hostium copias populus R. parua manu <sup>22</sup>  
 fuderit, quas vrbes natura <sup>23</sup> munitas, pugnando  
 ceperit, ni ea res longius nos ab incepto <sup>24</sup> tra-  
 heret <sup>25</sup>.

12. amorem, delectationem. 13. labor nullus. 14.  
 difficilis. 15. fortitudo. 16. sub Romanorum impe-  
 rium. 17. prosternere. 18. a praesentibus. 19. tam  
 praeclearum. 20. esse. 21. honeste acq̄sitas. 22.  
 exercitu. 23. ab ipsa natura. 24. a proposito meo.  
 25. deduceret.

CAPVT VIII.

Sed profecto fortuna <sup>1</sup> in omni re <sup>2</sup> domina-  
 tur, eares cunctas, ex lubrico <sup>3</sup> magis,  
 quam ex vero <sup>4</sup>, celebrat obscuratque. Atheni- <sup>2</sup>

A 6 en-

1. Dea, quae praesidet hominum actionibus, ex men-  
 te Ethnicorum. Christiani autem rectius intelligunt  
 per fortunam Dei prouidentiam, quae omnes homi-  
 num actiones euentusque rerum moderatur. 2. in  
 omnibus rebus. 3. ex suo arbitrio. 4. veritate.

5. prae-

ensium res gestae, sicut ego existimo, satis amplae magnificaeque fuisse: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur; sed, quia prouenere ibi magna scriptorum ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum, quia ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere praeclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit, quia prudentissimus quisque negotiosus maxime erat. Ingenium nemo sine corpore exercebat: optimus quisque facere, quam dicere; sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare, malebat.

5. praeclare. 6. quam celebrantur per famam  
7. vixerunt, exsisterunt. 8. Athenis. 9. historico-  
rum. 10. per totum. 11. tantas res. 12. existimatur.  
13. illa facta. 14. ingeniorum eruditorum scriptorum.  
15. maxime occupatus erat aut in bello aut aliis nego-  
tialis reipublicae, ita ut tempus non haberet, ad descri-  
bendas Romanorum res gestas. 16. Romani simul &  
corpus & ingenium exercebant. 17. malebat, ipso fa-  
cto ostendere suam virtutem. 18. multa verba facere  
de ea.

## CAPVT IX.

**I**gitur domi militiaeque boni mores colebantur, concordia maxima, minima auaritia erat: ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat. Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant:

1. Exercebatur. 2. & aequum. 3. Romanos. 4. non  
tam ex legum praescripto. 5. ad ductum ipsius natu-  
rae. 6. inimicitias, iram.

7. sup.

ciues cum ciuibus de virtute certabant. In sup- 3  
 pliciis 7 Deorum magnifici, domi parci 8, in 2 a-  
 micos fideles erant. Duabus his artibus, auda- 4  
 cia 10 in bello, vbi 11 pax euenerat, aequitate 12,  
 feque remque publicam curabant 13. Quarum 5  
 rerum ego maxima documenta 14 hæc habeo:  
 quod in bello sæpius vindicatum est in eos 15, qui  
 contra imperium 16 in hostem pugnauerant, qui-  
 que tardius, reuocati 17, praelio excefferant,  
 quam qui signa 18 relinquere, aut pulsi loco ce-  
 dere 19 ausi erant. In pace vero beneficiis ma- 6  
 gis, quam metu, imperium agitabant 20, & acce-  
 pta 21 iniuria, ignoscere, quam persequi 22, male-  
 bant.

7. supplicationibus, sacrificiis, festis. 8. parce viue-  
 bant, non prodigaliter. 9. erga. 10. per fortitudi-  
 nem. 11. sed post factam pacem. 12. per aequita-  
 tem, continentiam, & alias mansuetiores virtutes.  
 13. tuebantur. 14. argumenta, *beuueis*. 15. quod il-  
 li sæpius fuerint supplicio adiecti in bello. 17. *vvider*  
*das gegeben* *Commando*. 17. cum reuocarentur ex  
 praelio ab imperatore. 18. militaria. 19. aufugere  
 ex praelio. 20. exercebant suum. 21. si forte all-  
 quam iniuriam acceperant. 22. vindicare, vlcisci.

CAPVT X.

Sed, vbi labore 1 atque iustitia respublica cre-  
 vit, reges 2 magni bello domiti, nationes fe-  
 rae, & populi ingentes vi subacti, Carthago 3, æ-  
 mula imperii Romani 4, ab stirpe 5 interiit,

A 7

cun-

1. Postquam per laborem. 2. postquam Reges ma-  
 gni domiti fuerunt. 3. postquam vrbs Carthago. 4.  
 quae honorem imperii inuidebat populo Romano. 5.  
 funditus euerfa est per Scipionem Africanum.

6. pro-

- cuncta maria, terraeque <sup>6</sup> patebant: fortuna <sup>7</sup>  
<sup>2</sup> saeuire ac miscere omnia coepit. Qui labores,  
 pericula, dubias atque asperas res tolerauerant <sup>8</sup>,  
 iis otium, diuitiae, optandae aliis <sup>9</sup>, oneri mise-  
<sup>3</sup> riaeque <sup>10</sup> fuere. Igitur primo pecuniae, dein  
 imperii cupido creuit <sup>11</sup>; ea quasi materies <sup>12</sup>  
<sup>4</sup> omnium malorum <sup>13</sup> fuere. Namque auaritia  
 fidem, probitatem, ceterasque artes bonas subver-  
 tit <sup>14</sup>; pro his <sup>15</sup> superbiam, crudelitatem, deos  
 negligere <sup>16</sup>, omnia venalia <sup>17</sup> habere, edocuit.  
<sup>5</sup> Ambitio multos mortales falsos <sup>18</sup> fieri subegit <sup>19</sup>;  
 aliud clausum in pectore, aliud promptum in lin-  
 gua habere <sup>20</sup>; amicitias, inimicitiasque non ex-  
 re <sup>21</sup>, sed ex commodo <sup>22</sup> aestumare; magisque  
 vultum <sup>23</sup>, quam ingenium, bonum habere.  
<sup>6</sup> Haec <sup>24</sup> primo paullatim crescere <sup>25</sup>, interdum  
 vindicari <sup>26</sup>; post, ubi contagio <sup>27</sup>, quasi pestilentia,  
 inuasit <sup>28</sup>, ciuitas <sup>29</sup> immutata <sup>30</sup>, imperium,  
 ex iustissimo atque optumo, crudele intoleran-  
 dumque <sup>31</sup> factum <sup>32</sup>.

C A

6. provinciae orbis terrarum. 7. adversa Romanis.  
 8. tam fortiter. 9. quae quidem optari solent ab aliis.  
 10. causa miseriae atque onus. 11. apud Romanos.  
 12. causa, occasio, *das Brandholz, der Zunder*. 13.  
 calamitatum. 14. evertit, eiecit. 15. vitiiis, 16. ne-  
 glectum cultus divini. 17. vendere fidem honestatem-  
 que. 18. fraudatores. 19. coegit, impulit. 20. al-  
 liud verbis dicere aliud in mente habere, simulare, dis-  
 simulare, fallere & falli. 21. non iuxta rei conditionem,  
 & honestatem. 22. utilitate, *nach dem Interesse*. 23.  
 bonum, blandum. 24. vitia. 25. coeperunt. 26.  
 puniri. 27. morbus hic vitiorum. 28. latius serpsit,  
 inualuit, rebus accepit. 29. Romana. 30. fuit. 31.  
 intolerabile. 32. fuit.

1. Am.

CAPVT XI.

Sed primo magis ambitio, quam auaritia, ani-  
 mos hominum exercebat: quod tamen vi-  
 tium<sup>1</sup> propius virtutem<sup>2</sup> erat. Nam gloriam,<sup>3</sup>  
 honorem, imperium, bonus<sup>3</sup>, ignauus aequae<sup>4</sup> sibi  
 exoptant: sed ille<sup>5</sup> vera via nititur<sup>6</sup>; huic<sup>7</sup> quia  
 bonae artes defunt, dolis<sup>8</sup> atque fallaciis contem-  
 dit<sup>9</sup>. Auaritia pecuniae studium<sup>10</sup> habet, quam<sup>3</sup>  
 nemo sapiens concupiuit; ea<sup>11</sup>, quasi venenis ma-  
 lis imbuta<sup>12</sup>, corpus animumque virilem effemi-  
 nat<sup>13</sup>: semper infinita, infatiabilis est, neque co-  
 pia<sup>14</sup>, neque inopia minuitur. Sed, postquam<sup>4</sup>  
 L. Sulla, armis recepta<sup>15</sup> republ. bonis<sup>16</sup> initiis  
 malos eventus habuit: rapere<sup>17</sup> omnes, trahere  
 domum alius, alius agros cupere, neque mode-  
 stiam victores habere<sup>19</sup>, foeda crudeliaque iam<sup>20</sup>  
 ciues facinora facere. Huc accedebat, quod L.<sup>5</sup>  
 Sulla exercitum, quem in Asia duftauerat, quo si-  
 bi fidum faceret<sup>21</sup>, contra morem maiorum, lu-  
 xuriose nimisque liberaliter habuerat<sup>22</sup>. Lo-<sup>6</sup>

1. Ambitionis. 2. propius accedebat ad virtutem, speciem virtutis habebat. 3. bonus & ignauus. 4. pari modo. 5. bonus. 6. honesto modo agit. 7. igna-  
 vo. 8. per dolos. 9. peruenire nititur ad hono-  
 res & imperium. 10. amorem. 11. auaritia. 12. in-  
 tineta, corrupta. 13. mollem facit. 14. per copiam  
 neque per inopiam. 15. cum occupasset repu-  
 blicam armata manu. 16. post bona initia. 17. coe-  
 perunt. 18. ad se. 19. neque victores agebant mode-  
 rate. 20. contra. 21. vt illum ad suas partes constan-  
 tem haberet. 22. tractauerat, omnem luxuriam ei per-  
 mi-

ca amœna, voluptaria <sup>23</sup>, facile in otio feroces militum animos molliuerant <sup>24</sup>. Ibi primum insuevit <sup>25</sup> exercitus populi Rom. amare, <sup>26</sup>, potare, signa <sup>27</sup>, tabulas pictas, vasa caelata, <sup>28</sup> mirari, ea priuatim <sup>29</sup> ac publice <sup>30</sup> rapere, delubra <sup>31</sup> spoliare, sacra profanaque omnia polluere <sup>32</sup>. Igitur hi milites, postquam victoriam <sup>3</sup> adepti sunt, nihil reliqui victis fecere <sup>33</sup>. Quippe secundae res sapientium animos fatigant <sup>34</sup>: nedum <sup>35</sup> illi, corruptis moribus, victoriæ temperarent <sup>36</sup>.

miserat. <sup>23</sup> in quibus omnia erant delicata, & ad exercendam voluptatem idonea. <sup>24</sup>. effeminatos reddiderant. <sup>25</sup>. adsuevit. <sup>26</sup>. amoribus veterets indulgere. <sup>27</sup>. statuas, imagines. <sup>28</sup>. künstlich gearbeiteter. <sup>29</sup>. ex domibus priuatis. <sup>30</sup>. ex locis publicis. <sup>31</sup>. templa deorum. <sup>32</sup>. violare. <sup>33</sup>. reliquerunt. <sup>34</sup>. insolentes & superbos faciunt. <sup>35</sup>. nedum ut illi sapientes, *geschweige das*. <sup>36</sup>. in victoria temperantiam possent ostendere.

## CAPVT XII.

<sup>1</sup> Postquam diuitiae honori <sup>1</sup> esse coeperunt, & eas <sup>2</sup> gloria, imperium, potentia sequebatur; hebescere <sup>3</sup> virtus, paupertas probro <sup>4</sup> haberi, innocentia pro maleuolentia duci <sup>5</sup> coepit. Igitur ex <sup>6</sup> diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia cum superbia inuasere: rapere, consumere <sup>7</sup>, sua <sup>8</sup> par-

1. In honore, pretio & amore. 2. diuitias. 3. negligi, non exerceri amplius ita ut antea. 4. opprobrio, surpitudini. 5. haberi, aestimari. 6. possi. 7. durch die Gurgel jagen. 8. suas facultates, suam rem fami-

parui pendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiscua<sup>9</sup>, nihil pensi neque moderati habere<sup>10</sup>. Operae pretium<sup>11</sup> 3 est, cum domos atque villas cognoueris in urbium modum<sup>12</sup> exaedificatas, visere<sup>13</sup> templa deorum, quae nostri maiores, religiosissimi mortales, fecere. Verum illi<sup>14</sup> delubra deorum pietate, 4 domos suas gloria<sup>5</sup> decorabant: neque victis quidquam praeter iniuriae<sup>16</sup> licentiam, eripiebant. At hi<sup>17</sup> contra ignauissimi homines per 5 summum scelus omnia ea sociis adinere<sup>18</sup>, quae fortissimi viri<sup>19</sup> victores hostibus reliquerant: proinde quasi iniuriam<sup>20</sup> facere, id demum esset imperio uti.

miharem, sua bona. 9. promiscue, sine pudore, violare. 10. nihil aestimare, nullam neque prudentiam neque moderationem ostendere. 11. es wird sich der Mühe verlohnen. 12. ad instar urbium integrarum. 13. inspicere. 14. maiores nostri. 15. per gloriam. 16. pesthinc inferendae. 17. posteri majorum nostrorum. 18. coeperunt. 19. maiores nostri. 20. aliis.

CAPVT XIII.

**N**Am quid ea memorem, quae<sup>1</sup>, nisi his, qui 1 videre<sup>2</sup>, nemini credibilia sunt; a priuatis<sup>3</sup> compluribus subuersos<sup>4</sup> montes, maria contracta esse? quibus mihi ludibrio videntur fuisse diuitiae, quippe, quas honeste habere<sup>5</sup> licebat, per turpitudinem<sup>6</sup> abuti properabant. Sed lubido 2 stupri, ganeae<sup>7</sup>, ceterique cultus<sup>8</sup> non minor inc-

1. Quae nemini. 2. videntur ea. 3. ab illis, qui Principes ciuitatis erant. 4. fuisse. 5. usurpare. 6. cum dedecore suae prodigalitatis. 7. Huren-Häuser. 8. luxuriae. 9.

- 3 cesserat 9. Viri pati<sup>10</sup> muliebria<sup>11</sup>: mulieres pudicitiam in propatulo<sup>12</sup> habere: vescendi<sup>13</sup> causa, terra marique omnia<sup>14</sup> exquirere: dormire priusquam somni cupido esset: non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri<sup>15</sup>  
 4 sed ea omnia luxu<sup>16</sup> ante capere. Haec<sup>17</sup> iuventutem, vbi familiares<sup>18</sup> opes defecerant<sup>19</sup>, ad  
 5 facinora<sup>20</sup> incendebant<sup>21</sup>. Animus, imbutus malis artibus, haud facile lubricinibus carebat: eo profusus omnibus modis quaestui atque sumtui<sup>22</sup> deditus erat.

9. inu.uerat. 10. coeperant, solebant. 11. muliebren libidinem. 12. prostituebant vt meretrices publicae. 13. gelaе, delicatarum escarum causa. 14. delicata. 15. exspectare. 16. per luxuriam. 17. vitia. 18. rei familiaris. 19. deesse coeperant. 20. pessima. 21. instigabant. 22. faciendo luxurie!

## CAPVT XIV.

- 1 **I**N tanta tamque corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum<sup>1</sup> se, tanquam  
 2 stipatorum<sup>2</sup>, cateruus habebat. Nam, quicumque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene<sup>3</sup>, bona patria lacerauerat<sup>4</sup>: quique alienum aes<sup>5</sup> grande conflauerat<sup>6</sup>, quo<sup>7</sup> flagitium, aut facinus redimeret<sup>8</sup>; praeterea, omnes vndique parricidae, sacrilegi, conuicti<sup>9</sup> iudicii, aut profa-

1. Circa se. 2. satellitum, ministrorum nequitiae. 3. membro virili, id est, libidine. 4. dilapidauerat, consumserat, contriuerat. 5. Schulden. 6. contraxerat, fecerat. 7. vt. 8. corrumpendo indices. 9. ii, qui con-

factis<sup>10</sup> iudicium timeentes; ad hoc, quos manus<sup>11</sup>  
 atque lingua, perituro & sanguine civili alebat;  
 postremo omnes, quos flogitium, egestas, con-  
 sciens<sup>12</sup> animus exagitabat: hi Catilinae proximi<sup>13</sup>  
 familiaresque erant. Quod si quis etiam a  
 culpa<sup>14</sup> vacuus in amicitiam eius inciderat, quo-  
 tidiano vsu, atque illecebris, facile par similisque  
 ceteris<sup>15</sup> efficiebatur. Sed maxime adolescen-  
 tium familiaritates adpetebat<sup>16</sup>: eorum animi  
 molles & aetate fluxi<sup>17</sup>, dolis haud difficulter ca-  
 piebantur. Nam, vti<sup>18</sup> cuiusque studium<sup>19</sup> ex  
 aetate<sup>20</sup> flagrabat, aliis scorta praebere<sup>21</sup>, aliis  
 canes, atque equos mercari: postremo neque mo-  
 destitiae suae parcere, dum<sup>22</sup> illos obnoxios<sup>23</sup> fi-  
 dosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita  
 existimarent, iuventutem<sup>24</sup>, quae domum Ca-  
 tilinae frequentabat<sup>25</sup>, parum honeste pudici-  
 tiam habuisse: sed ex aliis rebus magis, quam  
 quod cuiquam id compertum foret, haec fama  
 valebat<sup>26</sup>.

CA-

---

conuicti erant scelerum in iudiciis. 10. suis sceleribus.  
 11. scelerata. 12. facinorum pessimorum conscius. 13.  
 socii. 14. scelere. 15. sociis Catilinae. 16. Catili-  
 na. 17. ad voluptatem proni. 18. prouti. 19. amor,  
 desiderium huius vel illius vitii. 20. pro ratione aeta-  
 tis. 21. solebat Catilina. 22. dummodo. 23. parti-  
 bus suis addictos. 24. iuvenes illos. 25. in domum  
 Catilinae: quotidie conueniebat. 26. id dicebatur per  
 famam.

1. Vlr-

## CAPVT XV.

1 **I** Amprimū adoleſcens Catilina multa nefanda  
 ſupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacer-  
 dote<sup>1</sup> Veſtae, & alia huiusmodi contra ius fas-  
 2 que. Poſtremo, captus amore Aureliae Oreſtil-  
 lae, cuius<sup>2</sup>, præter formam, nihil vñquam bonus  
 laudauit: quod<sup>3</sup> ea nubere illi dubitabat<sup>4</sup>, timens  
 priuignum<sup>5</sup> adultum aetate, pro certo creditur,  
 necato filio<sup>6</sup>, vacuam domum ſceleſtis nuptiis<sup>7</sup>  
 3 feciſſe. Quae quidem res mihi inprimis videtur  
 4 cauſa fuiſſe facinoris<sup>7</sup> maturandi. Namque a-  
 nimus<sup>8</sup> impurus, diis hominibusque infeſtus, ne-  
 que vigiliis neque quietibus<sup>9</sup> ſedari poterat: ita  
 5 conſcientia<sup>10</sup> mentem excitam<sup>11</sup> vexabat. Igi-  
 tur color ei exſanguis<sup>12</sup>, foedi oculi, citus<sup>13</sup> mo-  
 do, modo tardus inceſſus; profuſus in facie, vul-  
 tuque vecordia<sup>14</sup> inerat.

1. Virgine. 2. in qua. 3. quoniam. 4. *irug Be-  
 dencken.* 5. Catilinae filium. 6. Catilinae. 7. coniu-  
 rationis celerius perſciendae. 8. Catilinae. 9. ſomno,  
 neque die, neque nocte. 10. ſcelerum. 11. excitatam,  
 commoſcitam. 12. pallidus. 13. celerior. 14. timor  
 & conturbatio animi.

## CAPVT XVI.

1 **S**ed iuuentutem, quam, vt ſupra diximus, il-  
 lexerat<sup>1</sup>, multis modis mala facinora edoce-  
 bat. Ex illis teſtes ſignatoresque<sup>2</sup> falſos com-  
 modare<sup>3</sup>; fidem, fortunas, pericula vilia<sup>4</sup>  
 ha-

1. Traxerat ad ſe variis illecebris. 2. qui & falſa teſ-  
 timonia darent, & falſa ſigna teſtamentorum contra-  
 ctuumque facerent. 3. praebere ſolebat. 4. negligere.  
 5. com-

habere. Post, vbi eorum famam atque pudorem 3  
 attriuerat 5, maiora alia imperabat. Si causa pec- 4  
 candi in praesens 6 minus suppetebat 7; nihilo-  
 minus 8 infontes, sicuti fontes circumuenire, iu-  
 gulare 9: scilicet, ne per otium torpescerent ma-  
 nus 10; aut animus gratuito 11 potius malus atque  
 crudelis erat. His amicis, sociisque confusus Ca- 5  
 tilina, simul quod 12 aes alienum per omnes ter-  
 ras 13 ingens erat, & quod plerique Sullani mili-  
 tes, largius suo vsu 14, rapinarum & victoriae ve-  
 teris 15 memores, civile bellum exoptabant, op-  
 primundae reip. consilium cepit. In Italia nul- 6  
 lus exercitus 16: Cn Pompeius in extremis 17 ter-  
 ris bellum gerebat: ipsi 18 consulatum perundi  
 magna spes: senatus nihil sane intentus 19: tutae,  
 tranquillaeque res omnes 20. Sed ea prorsus op- 7  
 portuna 21 Catilinae.

5. comminuerat ita, vt & famam honestam non cu-  
 rarent, & omnem pudorem abiicerent. 6. statim 7.  
 non aderat. 8. iubebat Catilina. 9. interficere. 10  
 sceleratorum, elegans ironia. 11. frustra, sine d ta caus-  
 sa. 12. quoniam 13. vndique. 14. qui iam dudum  
 consumserant ea, quae acquisuerant sub Sulla. 15.  
 Sullanae. 16. erat. 17. in extremis finibus Romani  
 imperii. 18. Catilinae. 19. non attendebat ad hanc  
 conuersionem. 20. erant. 21. videbantur.

CAPVT XVII.

**I**gitur circiter Kal. Iun. L. Caesare & C. Figulo 1  
 coe. primo singulos 2 adpellare 3: hortari alios.  
 alios tentare 3; opes suas, imparatam remp. ma-  
 gna

1. Socios suos. 2. coepit Catilina. 3. ad suas par-  
 tes

2 gna praemia coniurationis docere 4. Vbi satis explorata sunt, quae voluit; in vnum<sup>5</sup> omnes conuocat, quibus maxuma necessitudo<sup>6</sup>, & plurimum audaciae inerat. Eo<sup>7</sup> conuenere senatorii ordinis<sup>8</sup> P. Lentulus Sura, P. Antronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. & Ser. Sullae Seruii filii, L. Vargunteius, Q. Annius M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius: praeterea, ex equestri ordine, M. Fuluius Nobilior, L. Statio, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: ad hoc<sup>9</sup> multi ex coloniis, & municipiis<sup>10</sup>, domi nobiles<sup>11</sup>. Erant praeterea complures paullo occultius consilii<sup>12</sup> huiusce participes, quos magis dominationis spes hortabatur<sup>13</sup>, quam inopia, aut alia necessitudo. Caeterum iuuentus pleraque, sed maxime nobilium, Catilinae inceptis<sup>14</sup> fauebat. Quibus<sup>15</sup> in otio vel magnifice vel molliter<sup>16</sup> viuere copia<sup>17</sup> erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem malebant. Fuere<sup>18</sup> irem ea tempestate<sup>19</sup>, qui crederent, M. Licinium Crassum non ignarum eius consilii<sup>20</sup> fuisse, &, quia Cn. Pompeius, inuisus ipsi<sup>21</sup>, magnum exercitum ductabat, cuiusuis<sup>22</sup> opes voluisse<sup>23</sup> contra illius

us  
 tes pertrahere. 4. ostendere, repraesentare. 5. locum. 6. necessitas & egestas rerum suarum. 7. in eum locum itaque. 8. ex ordine Senatorio. 9. praeterea. 10. Frey Staedten. 11. qui non Romae quidem, sed tamen quisque in sua ciuitate nobiles erant. 12. coniurationis. 13. instigabat ad hoc scelus. 14. consiliis. 15. iis, quibus. 16. delicate, voluptuose. 17. occasio, facultas. 18. aliqui. 19. illo tempore. 20. huius coniurationis. 21. quem odio habebat. 22. etiam sceleratissimi. 23. Crassum. 24.

us<sup>24</sup> potentiam crescere: simul confisum<sup>25</sup>, si  
coniuratio valuisset<sup>26</sup>, facile apud illos<sup>27</sup> princi-  
pem<sup>28</sup> se fore.

24. Pompeii. 25. spem habuisse Crassum, 26. pro-  
cessisset. 27. coniuratos. 28. ducem, caput.

CAPVT XVIII.

**S**Ed antea item coniurauere pauci, in quibus<sup>1</sup> **C**  
Catilina. De quo<sup>2</sup>, quam verissime potero,  
dicam. L. Tullo, L. Lepido Coss. P. Antronus,<sup>2</sup>  
& P. Sulla, designati consules, legibus ambitus<sup>3</sup>  
interrogati, pœnas dederant<sup>4</sup>. Post paullo Ca-<sup>3</sup>  
tilina, pecuniarum repetundarum reus<sup>5</sup>, prohibi-  
tus erat petere consulatum; quod intra legitimos  
dies profiteri<sup>6</sup> nequiuert. Erat eodem tempore<sup>4</sup>  
Cn. Piso, adolescens nobilis, summae audaciae,  
egens, fastiosus, quem ad perturbandam rem-  
publicam inopia atque mali mores stimulabant.  
Cum hoc<sup>7</sup> Catilina, & Antronus, circiter No-<sup>5</sup>  
nas Decembris consilio<sup>8</sup> communicato, para-  
bant<sup>9</sup> in Capitolio Kalendis Ianuar. L. Cottam  
& L. Torquatum Coss. interficere; ipsi<sup>10</sup>, fasci-  
bus<sup>11</sup> correptis. Pisonem cum exercitu ad obti-  
nen-

1. Inter quos etiam fuit. 2. negotio. 3. per leges  
illas, in quibus ambitus damnabatur. Erat autem am-  
bitus eiusmodi crimen, quo quis in ambiendo magi-  
stratu malis artibus vsus fuerat. 4. puniti fuerant. 5.  
qui reus factus erat ob pecunias, quas iniusto & illicito  
modo sumferat, & quae ideo ab ipso repetebantur. 6.  
nomen suum inter candidatos. 7. Cn. Pisonem. 8. conlu-  
rationis. 9. decreuerant. 10. coniurati. 11. consularibus.

6 vendas<sup>12</sup> duas Hispanias<sup>13</sup> mittere. Ea re cognita<sup>14</sup>, rursus in Februarii Nonas<sup>15</sup> consilium caedistranstulerunt. Iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur<sup>16</sup>. Quod ni Catilina maturasset<sup>17</sup> pro curia<sup>18</sup> signum sociis dare; eo die, post conditam urbem Romam, pessimum facinus patratum<sup>19</sup> foret. Quia autem nondum frequentes<sup>20</sup> armati conuenerant, ea res consilium diremit<sup>21</sup>.

12. gubernandas, ad se trahendas. 13. & ceteriorem & vltiorem. 14. detecta. 15. vsque in quintum diem mensis Februarii. 16. meditabantur hi coniurati. 17. nimis celeriter dedisset. 18. ante curiam. 19. peractum fuisse. 20. in magna frequentia. 21. frustra fecit.

## CAPVT XIX.

1 **P**ostea Pifo in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore<sup>1</sup> missus est, adnitente<sup>2</sup> Crasso, quod<sup>3</sup> eum<sup>4</sup> infestum<sup>5</sup> Cn. Pompeio cognouerat. Neque tamen senatus prouinciam<sup>6</sup> inuitus<sup>7</sup> dederat: quippe foedum hominem<sup>8</sup> a re-pub. procul abesse volebat: simul<sup>9</sup>, quia boni comp'ures praesidium in eo putabant<sup>10</sup>, & iam tum potentia Cn. Pompeii formidolosa erat<sup>11</sup>.  
3 Sed is Pifo in prouinciam, ab equitibus Hispanis, quos

1. Loco Praetoris. 2. operam in id cum primis dante. 3. quia. 4. Pisonem. 5. inimicum. 6. Hispaniam. 7. neque contra suam voluntatem, *sicut aegri vellent*. 8. Pisonem. 9. & ideo. 10. ponebant, putabant fore. 11. timebatur.

quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ita dicant <sup>12</sup>: imperia <sup>13</sup> eius iniusta, <sup>4</sup> superba, crudelia barbaros <sup>14</sup> nequiuisse pati; alii autem <sup>15</sup>, equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate eius <sup>16</sup> Pisonem aggressos <sup>17</sup>: nunquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeua multa antea perpeffos <sup>18</sup>. Nos eam rem in medio <sup>19</sup> relinquimus. De superiori <sup>20</sup> coniuratione satis dictum.

12 de Pisonis morte. 13 Commando, Gouvernement. 14 Hispanos. 15 ita dicunt. 16 Pompeii. 17 fuisse. 18 fuisse a Romanis. 19 in dubio, in incerto *auf seinem* *Werb und Vuerth*. 20 quae coniurationem postremam Catilinae antecessit.

CAPVT XX.

Catilina, vbi eos, quos paulo ante memorauimus, conuenisse videt, tamen cum singulis <sup>1</sup> multa saepe egerat; tamen, in rem <sup>2</sup> fore credens vniuersos adpellare <sup>3</sup>, & cohortari, in abditam <sup>4</sup> partem aedium <sup>5</sup> secessit; atque ibi, omnibus arbitris <sup>6</sup> procul amotis <sup>7</sup>, orationem huiuscemodi habuit:

*Ni virtus <sup>8</sup> fidesque vestra satis spectata mihi <sup>2</sup> foret, nequicquam <sup>9</sup> opportuna res <sup>10</sup> cecidisset;*  
*Spes*

1 Separatim. 2 vtile. 3 adloqui. 4 occultam. 5 domus suae. 6 iis, qui ad coniuratos non pertinebant & consilia omnia potuissent enunciare, si forte auscultassent. 7 remotis. 8 constantia, fortitudo. 9 frustra. 10 consilium nostrum.

spes magna dominationis in manibus frustra fuisset, neque, per <sup>11</sup> ignauiam, aut vana ingenia <sup>12</sup>,  
<sup>3</sup> incerta pro certis captarem. Sed, quia multis & magnis tempestatibus <sup>13</sup> vos cognoui fortes, fido-  
 que mihi: eo <sup>14</sup> animus ausus est maximum, atque pulcerrimum facinus incipere; simul <sup>15</sup>, quia vobis  
<sup>4</sup> eadem, quae mihi bona malaque esse intellexi. Nam, idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amici-  
<sup>5</sup> tia est. Sed ego, quae mente agitavi <sup>16</sup>, omnes iam  
<sup>6</sup> antea diuersi <sup>17</sup> audistis. Ceterum mihi indies magis animus accenditur <sup>18</sup>, cum considero, quae conditio <sup>19</sup> vitae <sup>20</sup> futura sit, nisi nosmet ipsos  
<sup>7</sup> vindicamus in libertatem. Nam postquam resp. in paucorum potentiam ius atque ditonem <sup>21</sup> concessit: semper illis reges, tetrarchae <sup>22</sup> vectigales esse <sup>23</sup>; populi, nationes, stipendia pendere <sup>24</sup>; ceteri <sup>25</sup> omnes, strenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus <sup>26</sup> fuimus, sine gratia <sup>27</sup>, sine auctoritate; his obnoxii <sup>28</sup>, quibus, si resp. valeret <sup>29</sup>, formidini  
<sup>8</sup> essemus <sup>30</sup>. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiae apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reli-  
 que.

---

11 propter. 12 quorundam. 13 occasionibus. 14 ideo. 15 & ideo. 16 quodnam sit meum consilium. 17 separatim. 18 instigatur. 19 qui status. 20 nostrae. 21 imperium. 22 tetrarchae illi dicti fuerunt, qui partem alicuius provinciae partem regebant, concedente Senatu ac Populo Romano, sub certis conditionibus. 23 solent. 24 soluere tributa. 25 nos reliqui. 26 abiecti, contempti, ceu vulgus. 27 fauore. 28 his oportet nos esse subiectos. 29 in pristino adhuc statu esset. 30 ipsi possemus facere terrorem.

querunt pericula, repulsas 31, iudicia 32, egestatem.  
 Quae quousque 33 tandem patiemini, fortissimi 9  
 viri? nonne emori per virtutem 34 praestit 35,  
 quam vitam miseram atque inhoneſtam, ubi  
 alienae ſuperbiae ludibrio fueris 36, per dedecus  
 amittere? Verumenimvero, pro deum atque ho- 10  
 minum fidem! victoria in manu nobis eſt: viget  
 aetas 37: animus valet. Contra illis 38 annis 39  
 atque diuitiis, omnia conſenuerunt 40; tantummo- 11  
 do incepto opus eſt 41, cetera res expediet 42. Ece- 12  
 nim, quis mortalium, cui virile ingenium eſt, to-  
 lerare poteſt, illis 43 diuitias ſuperare 44, quas  
 profundant in exſtruendo mari, & montibus co-  
 aequandis: nobis rem familiarem etiam ad ne-  
 ceſſaria 45 deeſſe? illos binas, aut amplius domos  
 continuare 46: nobis lavem 47 familiarem nus-  
 quam ullum eſſe? Cum tabulas 48, ſigna 49, toreu- 13  
 mata 50 emunt, noua diruunt, alia aedificant: po-  
 ſtremo omnibus modis pecuniam trahunt 51, ve-  
 xant: tamen ſumma lubidine diuitias ſuas vince-

B 2

re

31 dum repellimur, quoties magistratum petimus. 32  
 per quae damnatur. 33 quamdiu. 34 fortitudinem. 35  
 melius eſt. 36 poſtquam factis diu ludibrio habitus fue-  
 ris ab aliis. 37 noſtra. 38 aduerſariis noſtris. 39 pro-  
 pter annos multos, quos habeat. 40 d. billa facta ſunt.  
 41 id ſolummodo opus eſt, ut rem incipiamus. 42 res  
 ipſa dabit reliquum euentum. 43 aduerſariis noſtris.  
 44 magnas eſſe. 45 ad neceſſariam vitae ſuſtentati-  
 onem. 46 in continua ſerie exſtruere. 47 ne imaginem  
 quidem dei domeſtici, id eſt, ne paruulam quidem do-  
 mum. 48 pietas. 49 ſtatuae inſignes. 50 gedrebet  
 und zierlich ausgearbeitete Gefaſſe. 51 trahunt ad ſe,  
 & vexant alios.

14re nequeunt. At nobis est domi 52 inopia, foris 53  
 15aes alienum; mala res, spes multo asperior. De-  
 16nique quid reliqui habemus, praeter miseram ani-  
 16mam? Quin 54 igitur expergiscimini? En illa,  
 illa, quam saepe optastis, libertas; praeterea di-  
 17vitiae, decus, gloria in oculis sita sunt. Fortuna  
 18haec omnia victoribus praemia posuit 55. Res, tem-  
 pus, pericula, egestas, belli spolia magna, magis  
 19quam oratio mea, vos hortentur 56. Vel imperato-  
 re 57, vel milite me utemini. Neque animus, ne-  
 20que corpus a vobis aberit. Haec ipsa, ut spero, vo-  
 biscum una 58 consul agam: nisi forte me animus  
 fallit, & vos servire magis, quam imperare, para-  
 ti estis.

52 in domibus nostris. 53 extra domum. 54 quare  
 non. 55 proposuit. 56 hortari debeant. 57 duce, du-  
 ctore. 58 simul vobiscum tanquam Consul.

## CAPVT XXI.

1 **P**ostquam accepere 1 ea homines 2, quibus ma-  
 la abunde omnia erant, sed neque res, neque  
 spes bona vlla: tamen illis, quieta mouere 3,  
 magna merces 4 videbatur; tamen postulare ple-  
 rique 5, uti proponeret 6, quae conditio belli fo-  
 ret: quae 7 armis praemia peterent: quid ubique  
 opis 8, aut spei haberent? Tum Catilina pollice-  
 ri 9 tabulas novas 10, proscriptionem 11 locuple-  
 tium,

1 Audiuerunt. 2 coniurati. 3 turbare quietem repu-  
 blicae. 4 magnum praemium, operae pretium. 5 coepe-  
 runt. 6 Catilina. 7 qualia. 8 auxilii. 9 coepit. 10  
 in quibus proponebantur bona proscriptorum publice ven-  
 denda. 11 eiectionem in exilium.

tium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quae bellum, atque libido victorum fert<sup>12</sup>, praeterea<sup>13</sup>, esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauriana cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore spectaret: hominem & familiarem<sup>14</sup>, & omnibus necessitudinibus<sup>15</sup> circumuentum<sup>16</sup>; cum eo consulem se initium agendi<sup>17</sup> facturum<sup>18</sup>. Ad hoc, male-<sup>2</sup> dictis increpabat omnes bonos: suorum<sup>19</sup> vnumquemque nominans, laudare<sup>20</sup>, admonere alium egestatis, alium cupiditatis suae; complures<sup>21</sup> periculi, aut ignominiae: multos<sup>22</sup> victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat<sup>23</sup>. Postquam<sup>3</sup> omnium animos alacres<sup>24</sup> videt, cohortatus, ut petitionem suam curae haberent<sup>25</sup>, conuentum dimisit.

<sup>12</sup> fecum. <sup>13</sup> ait Catilina. <sup>14</sup> sibi. <sup>15</sup> amicitiae & familiaris. <sup>16</sup> constrictum, obligatum sibi. <sup>17</sup> exsequendi consilia sua. <sup>18</sup> facere velle. <sup>19</sup> amicorum. <sup>20</sup> coepit. <sup>21</sup> admonebat. <sup>22</sup> admonebat. <sup>23</sup> qui praedam ceperant ex victoria Sullae. <sup>24</sup> ad ineundam coniurationem. <sup>25</sup> considerarent.

CAPVT XXII.

**F**Vere ea tempestate<sup>1</sup>, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad iusiurandum populares<sup>2</sup> sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris<sup>3</sup> circumtulisse; inde, cum post exsecrationem<sup>4</sup> omnes de-

B 3

gu-

<sup>1</sup> Illo tempore. <sup>2</sup> socios. <sup>3</sup> poculis. <sup>4</sup> factam.

<sup>5</sup> ideo

gustauissent, (sicut in solennibus sacris fieri consuevit, (aperuisse consilium suum, atque eo distigare <sup>5</sup> fecisse, quo inter se magis fidi forent, alius <sup>2</sup> alii tanti facinoris consci. Nonnulli ficta <sup>6</sup> & haec, & multa praeterea existimabant ab iis, qui Ciceronis inuidiam <sup>7</sup>, quae postea orta est, lenire credebant, atrocitate <sup>8</sup> sceleris eorum, qui poenas dederant. Nobis ea res, pro magnitudine <sup>9</sup>, parum <sup>10</sup> comperta est.

<sup>5</sup> ideo fecisse ut diceretur omnibus. <sup>6</sup> fuisse. <sup>7</sup> odium. <sup>8</sup> si scelera eorum quam atrocissime repraesentarent. <sup>9</sup> eius. <sup>10</sup> non satis.

## CAPVT XXIII.

<sup>1</sup> Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus **S**haud obscuro <sup>1</sup> loco, flagitiis atque facinoribus coopertus <sup>2</sup>: quem censores senatu <sup>3</sup> probris gratia <sup>4</sup> mouerant <sup>5</sup>. Huic homini non minor vanitas <sup>6</sup> inerat, quam audacia. Neque reticere <sup>7</sup>, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare; prorsus neque dicere neque facere, quicquam <sup>4</sup> pensi habebat <sup>8</sup>. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus <sup>9</sup> consuetudo. Cui cum minus gratus esset, quod inopia <sup>10</sup> minus largiri <sup>11</sup> poterat: repente plorians, maria montesque <sup>12</sup> polliceri coepit, minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia

<sup>1</sup> Ex nobili genere. <sup>2</sup> totus quasi obiectus. <sup>3</sup> ex. <sup>4</sup> ob vitam scelestam. <sup>5</sup> eiecerant. <sup>6</sup> superbia. <sup>7</sup> poterat. <sup>8</sup> neque considerare solebat, quid faceret aut quid diceret. <sup>9</sup> diuturna. <sup>10</sup> propter paupertatem suam. <sup>11</sup> donare. <sup>12</sup> magnificas res.

xia<sup>13</sup> foret: postremo, ferocius agitare<sup>14</sup>, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiae Curii causa<sup>6</sup> cognita<sup>15</sup>, tale periculum reipubl. haud occultum habuit<sup>16</sup>; sed, sublato auctore<sup>17</sup>, de Catilinae coniuratione, quae<sup>18</sup> quo modo audierat, compluribus narrauit. Ea res in primis studia<sup>19</sup> hominum accendit<sup>20</sup> ad consulatum mandandum<sup>21</sup> M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas inuidia aestuabat<sup>22</sup>, & quasi pollui<sup>23</sup> consularum credebat, si eum, quamuis egregius, homo nouus<sup>24</sup> adeptus foret. Sed, ubi periculum<sup>9</sup> aduenit, inuidia atque superbia postfuere<sup>25</sup>.

<sup>13</sup> nisi vellet ipsi porro concedere stupri consuetudinem <sup>14</sup> agere coepit. <sup>15</sup> cum cognouisset Fulvia causam, quare tam insolens fieret Curius. <sup>16</sup> noluit occultare. <sup>17</sup> non nominato auctore, a quo ipsa haec accepisset. <sup>18</sup> quae & quomodo <sup>19</sup> desiderium. <sup>20</sup> auxit. <sup>21</sup> tradendum. <sup>22</sup> maximam habebat inuidiam. <sup>23</sup> maculari. <sup>24</sup> homo nouus adpellabatur Romae is, qui vel nulla generis nobilitate clarus, & cuius maiores vitam priuatam vixerant; vel, qui nobili quidem natus genere, sed neminem tamen ex sua familia poterat adlegare, qui Consul fuisset. <sup>25</sup> postpositae fuerunt.

CAPVT XXIV.

**I**gitur, comitiis<sup>1</sup> habitis, consules declarantur<sup>1</sup> M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum<sup>2</sup> primo populares<sup>3</sup> coniurationis concusserat<sup>4</sup>. Neque tamen Catilinae furor minuebatur; sed<sup>3</sup> indies plura agitare<sup>5</sup>, arma per Italiam locis opportu-

B 4

<sup>1</sup> Comititia erant, quando populus Rom. conuocabatur ad eligendos magistratus. <sup>2</sup> quae electio. <sup>3</sup> socios. <sup>4</sup> in timore coniecerat. <sup>5</sup> coepit.

6. fi.

portunis parare, pecuniam, sua <sup>6</sup>, aut amicorum fide sumtam mutuam, Faesulas <sup>7</sup> ad Mallium quemdam portare; qui postea princeps <sup>8</sup> fuit belli faciundi. Ea tempestate <sup>9</sup> plurimos cuiusque generis homines adsciuisse sibi <sup>10</sup> dicitur <sup>11</sup>; mulieres etiam aliquot, quae primo ingentes sumtus supro corporis tolerauerant <sup>12</sup>: post, ubi aetas <sup>13</sup> tantummodo quaestui, neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. Per eas se Catilina credebat posse seruitia <sup>14</sup> urbana sollicitate <sup>15</sup>, urbem incendere, viros <sup>16</sup> earum <sup>17</sup>, vel adiungere sibi <sup>18</sup>, vel interficere.

<sup>6</sup> fide. <sup>7</sup> oppidum Italiae. <sup>8</sup> dux. <sup>9</sup> illo tempore. <sup>10</sup> ad suas partes traxisse. <sup>11</sup> Catilina. <sup>12</sup> facere poterant. <sup>13</sup> postquam ingrauescens aetas non quidem luxuriae modum fecerat, licet tantum quaestum corpore suo, quantum antea amplius facere non possent. <sup>14</sup> serues in urbe Roma. <sup>15</sup> *auswiegeln*, instigare ad seditionem. <sup>16</sup> maritos. <sup>17</sup> feminarum. <sup>18</sup> ad suas partes pertrahere.

## CAPVT XXV.

<sup>1</sup> Sed in his<sup>1</sup> erat Sempronia, quae multa saepe virilis audaciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, praeterea viro atque liberis satis fortunata fuit: litteris Graecis & Latinis docta, psallere <sup>2</sup>, saltare elegantius quam necesse est probae <sup>3</sup>: multa alia <sup>4</sup>, quae instrumenta luxuriae sunt. Sed ei cariora semper omnia,

<sup>1</sup> Inter has feminas seditiosas. <sup>2</sup> fidibus nouerat cantasse. <sup>3</sup> honestae feminae. <sup>4</sup> didicerat.

omnia 5, quam decus atque pudicitia fuit. Pecunia, an famae 6 minus parceret, haud facile discerneres 7; lubricine 8 sic accensa, ut saepius peteret viros, quam peteretur. Sed ea saepe antehac fidem 9 prodiderat, creditum 10 abiurauerat, caedis conscia fuerat, luxuria atque inopia praiceps abierat 11. Verum 12 ingenium eius haud absurdum 13: posse 14 versus facere; iocum movere; sermone uti, vel modesto, vel molli 15, vel procaci 16. Prorsus multae facetiae multusque lepos 17 inerat 18.

5 haec fuerunt. 6 suae. 7 haud facile potest dilu-  
dicari. 8 stupri. 9 suam violauerat. 10 quod ipsi cre-  
ditum ab aliis fuerat, id abnegauerat falso iure iurando. 11  
ipsa se praecipitauerat in suam perniciem per luxuriam ac-  
que egestatem. 12 sed enim. 13 fuit. 14 poterat. 15  
amatorio blando. 16 libidinoso. 17 elegancia, iucundi-  
tas sermonis. 18 huic Semproniae.

CAPVT XXVI.

**H**is rebus comparatis, Catilina nihilominus in  
proximum annum consularum petebat:  
sperans, si designatus foret, facile se ex volunta-  
te Antonio vsurum 2. Neque interea quietus erat,  
sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Ne-  
que illi tamen ad cauendum dolus, aut astutiae  
decrant 3. Namque a principio consulatus sui,  
multa per Fuluiam 4 pollicendo 5, effecerat, ut

B 5

Q.

1 Consul. 2 rebus ac consiliis suis. 3 sed Cicero satis  
astutiae habebat ad cauendum sibi ab insidiis Catilinae. 4  
de qua supra commemoratum est. 5 cui Cicero multa pol-  
licebatur.

6 Ci-

Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia  
 5 Catilinae sibi<sup>6</sup> proderet. Ad hoc, collegam suum  
 Antonium pactione prouinciae<sup>7</sup> perpulerat,  
 ne contra rempubl. sentiret<sup>8</sup> circum se praesidia  
 amicorum, atque clientum<sup>9</sup> occulte habebat.  
 6 Postquam dies comitorum venit, & <sup>10</sup> Catilinae  
 neque petitio, neque insidiae, quas consuli<sup>11</sup>  
 fecerat, prospere cessere<sup>12</sup>: constituit bellum  
 facere<sup>13</sup>, & extrema omnia experiri; quoniam,  
 quae occulte tentauerat, aspera<sup>14</sup> foedaque  
 euenerant.

6 Ciceroni. 7 dum Antonio gubernandam prouinciam promittit, post finitum Consulatum. 8 ne quid tentaret contra rempublicam, aut Catilinae consiliis adfueret. 9 quorum patronus erat Cicero. 10 & postquam. 11 Ciceroni. 12 successerunt. 13 inferre reipublicae. 14 taediosum & turpem exitum habuerant.

## CAPVT XXVII.

1 Igitur C. Mallium Faesulas<sup>1</sup>, atque in eam  
 partem Etruriae<sup>2</sup>, Septimium quemdam  
 Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam  
 dimisit. Praeterea alium alio<sup>3</sup>, quem  
 2 ubique opportunum<sup>4</sup> sibi fore credebat. Interea  
 Romae multa simul moliri<sup>5</sup>: consuli<sup>6</sup> insidias  
 tendere: parare incendia: opportuna loca  
 armatis hominibus obsidere: ipse cum telo  
 es-

1 Oppidum Etruriae quae prouincia Italiae est. 2 in quo oppidum Faesulae situm est. 3 ad alium locum dimisit. 4 uilem. 5 coepit Catilina. 6 Ciceroni.

esse 7, item alios iubere, hortari, vti semper intenti 8, paratique essent: dies noctesque festinare, vigilare, neque infomniis 9, neque labore fatigari. Postremo, vbi multa agitati 10 nihil procedit, rursus intempesta 11 nocte coniurationis principes 12 conuocat per M. Porcium Leccam, ibique multa de ignavia eorum questus 13, docet 14 se praemisisse Mallium ad eam multitudinem 15, quam ad capiunda arma parauerat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset 16: eum suis consiliis multum officere 17.

7 semper armatus incedere. 8 attenti ad rem peragendam, alacres. 9 per noctes infomnes, *schlaflose Naechte*. 10 molienti Catilinae. 11 media, 12 praecipuos auctores. 13 conquerens. 14 indicat. 15 ad illos milites & seruos. 16 interfecisset. 17 nocere, multum impeditenti adferre.

CAPVT XXIX.

**I**Gitur, perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, & cum L. Vargunteius senator, constituere ea 1 nocte paulo post, cum armatis hominibus, sicuti salutatum 2 introire ad Ciceronem 3, & de improviso domi suae 4 imparatum 5 confo-

B 6 de-

1 Eadem illa nocte. 2 quasi salutare ipsum ventent, *Die Reuerence zu machen*. 3 in domum Ciceronis. 4 in domo ipsius. 5 quippe qui hoc periculum non posset praenidere.

2 dere. Carius, vbi intelligit, quantum periculum  
 consuli 6 impendeat, propere 7 per Fuluiam Cice-  
 3 roni dolum, qui parabatur 8, enunciat. Ita illi  
 ianua prohibiti 9, tantum facinus frustra suscepe-  
 4 rant. Interea Mallius in Etruria plebem sollici-  
 tare 10, egestate 11 simul ac dolore iniuriarum 12, no-  
 varum rerum 13 cupidam, quod 14 Sullae domi-  
 natione, agros bonaque omnia amiserat 15; prae-  
 terea, latrones 16 cuiusque generis, quorum in ea  
 regione magna copia erat: nonnullos ex Sullanis  
 colonis 17, quibus lubido atque luxuria ex magnis  
 rapinis nihil reliqui fecerant 18.

6 Ciceroni. 7 celeriter sine mora. 8 vitae ipsius.  
 9 ita hi percussores non intronissi fuerunt in domum.  
 10 coepit ad seditionem. 11 propter. 12 quam a  
 Sulla acceperat. 13 mutationis in republica, belli ci-  
 uilis. 14 quoniam. 15 haec plebs. 16 *Banditen,*  
*Strassenraeuber.* 17 ex iis Colonis, quas Sulla dedux-  
 erat. 18 qui nihil amplius habebant ex magnis illis ra-  
 pinis, cum omnia consumsissent per libidinem ac luxu-  
 riam.

## CAPUT XXIX.

1 **E**A cum Ciceroni nunciarentur, ancipiti 2 ma-  
 lo permotus, quod neque urbem 3 ab insidi-  
 is 4 priuato 5 consilio longius 6 tueri poterat, ne-  
 que exercitus Mallii quantus, aut quo consilio fo-  
 ret 7, satis compertum habebat: rem ad senatum  
 re-

1 Quae a Catilina agebantur. 2 dubio hoc periculo. 3  
 Romam. 4 Catilinae & sociorum eius. 5 suo, proprio. 6  
 diuisus. 7 quid moliri vellet.

refert 8, iam antea vulgi rumoribus exagitatam 9. Itaque, quod plerumque in atroci 10 negotio fo- 2  
let 11, senatus decreuit: darent operam consules,  
ne quid republ. detrimenti caperet. Ea pote- 3  
stas per senatum, more Romano, magistratui  
maxima permittitur 12, exercitum parare, bel-  
lum gerere, coërcere omnibus modis socios, at-  
que ciues: domi militiaeque imperium atque iu-  
diciu summum habere 13. Aliter, sine populi 4  
iussu, nulli earum rerum consuli ius est 14.

8 apud Senatum exponit. 9 quippe de qua iam ru-  
mor hominam multus erat. 10 periculoso ac difficili.  
11 fieri. 12 facto decreto. 13 exercere. 14 alias vero  
tantum ius nullus Consul habet in iis rebus, nisi id fiat ius-  
su populi.

CAPVT XXX.

Post paucos dies L. Senius senator in senatu lit- 1  
teras recitauit, quas Faesulis 1 adlatas 2 sibi di-  
cebat, in quibus scriptum erat: C. Mallium arma  
cepisse cum magna multitudine ante diem VI.  
Kal. Nov. Simul, id quod in tali re solet 3, alii 2  
portenta 4 atque prodigia nunciabant: alii 5, con-  
uentus 6 fieri, arma portari, Capuae 7, atque in A-  
pulia 8 seruire 9 bellum moueri. Igitur senati 10 3  
decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus  
Creticus in Apuliam, circumque ea loca missi 11.

B 7

Hi

1 Ex oppido Faesulis. 2 fuisse. 3 fieri. 4 natu-  
rae miracula, quae aliquod periculum denuntiabant.  
5 dicebant. 6 coniuratorum. 7 in vrbe Capua. 8  
prouincia. 9 a seruis. 10 pro Senatus archaismus. 11  
fuerunt a consulibus.

12 ad

- 4 Hi vtrique ad urbem <sup>12</sup> imperatores <sup>13</sup> erant impediti, ne triumpharent, calumnia <sup>14</sup> paucorum, quibus omnia, honesta atque inhonesta, vendere mos erat. Sed Praetores Q. Pompeius Rufus <sup>15</sup> Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum: hisque permissum <sup>16</sup>, vti pro tempore atque periculo <sup>17</sup> exercitum compararent. Ad hoc, si quis indicasset de coniuratione, quae contra remp. facta erat, praemium <sup>18</sup>, seruo libertatem & H. S. C. <sup>19</sup> libero impunitatem eius rei <sup>20</sup>, & H. S. C. <sup>21</sup> Itemque decreuere, vti familiae gladiatoriae <sup>22</sup> Capuam, & in caetera municipia distribuerentur, pro cuiusque opibus <sup>23</sup>; Romae per totam urbem vigiliae haberentur, eisque <sup>24</sup> minores magistratus praeesent.

CA.

---

<sup>12</sup> ad urbem esse, dicebatur de his Imperatoribus & Praeconsulibus, qui ex provincia redibant & expectabant, numquid de ipsorum honoribus ac triumphis a Senatu decerneretur, antequam urbem introirent. <sup>13</sup> & Marcius & Metellus. <sup>14</sup> per calumniam & falsam accusationem. <sup>15</sup> missus fuit. <sup>16</sup> fuit. <sup>17</sup> pro ratione statuque temporis ac periculi impendentis. <sup>18</sup> a Senatu propositum fuit. <sup>19</sup> sestertium centies, certa est pecuniae summa. <sup>20</sup> coniurationis, si ipse forte esset inter coniuratos. <sup>21</sup> sestertium ducenties. <sup>22</sup> familiae gladiatorum, quorum magna erat Romae copia, & de quibus timebatur, ne forte coniuratis sese adsociarent. <sup>23</sup> pro ratione cuiuslibet municipii. <sup>24</sup> vigiliis.

CAPVT XXXI.

**Q**uibus rebus <sup>1</sup>permota <sup>2</sup>ciuitas, atque im-  
 mutata facies vrbis erat: ex summa laetitia  
 atque lasciuia, quae <sup>3</sup>diuturna quies <sup>4</sup>pepererat,  
 repente omnes tristitia inuasit. Festinare <sup>5</sup>, tre-  
 pidare, neque loco, neque homini cuiquam  
 satis credere <sup>6</sup>: neque bellum gerere, neque  
 pacem habere: suo quisque metu pericula meti-  
 ti <sup>7</sup>. Ad hoc, mulieres, quibus pro reip. magnitu-  
 dine belli timor insolitus incefferat <sup>8</sup>, adflictare <sup>9</sup>  
 sese; manus supplices ad coelum tendere; mise-  
 rari <sup>10</sup> paruos liberos, rogitare <sup>11</sup>, omnia pauere,  
 superbia atque deliciis omissis, sibi patriaeque  
 diffidere <sup>12</sup>. At Catilinae crudelis animus eadem  
 illa mouebat <sup>13</sup>, tametsi praesidia parabantur, &  
 ipse lege Plautia <sup>14</sup> interrogatus erat ab L. Paulo.  
 Postremo, dissimulandi <sup>15</sup> caussa, & quasi, sui ex-  
 purgandi <sup>16</sup>, sicuti iurgio lacessitus foret <sup>17</sup>, in se-  
 natum venit. Tum M. Tullius <sup>18</sup> consul, siue  
 praesentiam eius <sup>19</sup> timens, siue ira commotus, o-  
 ra-

---

1 Tumultibus, *Veranlassungen*. 2 in timorem terro-  
 remque coniecta. 3 quae vitia. 4 pax. 5 coeperunt. 6  
 fidem habere. 7 aestimare vel magnitudinem vel parvita-  
 tem periculi. 8 quas inuaserat. 9 coeperunt habere anxie-  
 tatem. 10 misericordiam habere erga. 11 ad Deos ora-  
 re. 12 omnem spem patriae atque suae salutis abiicere.  
 13 pergebat in excitando metu tumultuque. 14 quae lata  
 est de iis, qui contra rem publicam coniurant, & pacem pu-  
 blicam turbant. 15 vt dissimularet suum consilium. 16 ex-  
 cusandi. 17 quasi prouocatus foret aliquo iurgio & rixa.  
 18 Cicero. 19 Catilinae.

- rationem habuit luculentam atque vtilem re-  
 7 publ. quam postea scriptam edidit. Sed ubi ille  
 adfedit<sup>20</sup>, Catilina, vt erat paratus ad dissimulan-  
 da omnia, demisso vultu<sup>21</sup> voce supplici, postu-  
 lare<sup>22</sup> a patribus<sup>23</sup>, ne quid de se temere crede-  
 rent: ea familia ortum<sup>24</sup>, ita ab adolescentia  
 vitam instituisse, vt omnia bona in spe haberet<sup>25</sup>;  
 ne existimarent, sibi patricio homini<sup>26</sup>, cuius ip-  
 sius, atque maiorum<sup>27</sup>, plurima beneficia in ple-  
 bem R. essent, perdita republ. opus esse<sup>28</sup>; cum  
 eam seruaret M. Tullius, inquilinus<sup>29</sup> cuius urbis  
 8 Romae. Ad hoc, maledicta alia cum adderet,  
 obstreperere<sup>30</sup> omnes, hostem, atque parricidam  
 9 vocare. Tum ille furibundus<sup>31</sup>, *Quoniam qui-  
 dem circumuentus, inquit, ab inimicis praeceptus agor  
 32, incendium meum ruina exstinguam.*

CA-

---

20 ii enim, qui verba ad Senatum faciebant, solebant  
 stare, finitaque oratione adfidere. 21 *mit niedergeschla-  
 genen Augen.* 22 coepit Catilina. 23 Senatu. 24 se or-  
 tum esse ex adeo nobili familia. 25 vt speret, se omnia bo-  
 na honoresque summos posse consequi. 26 sibi, qui ex pa-  
 tricio genere ortum trahat. 27 suorum. 28 ne existima-  
 rent, ex sua vtilitate esse, si respublica sit in statu perdi-  
 to. 29 qui non natus ciuis Rom. sed ex alia Italiae vrbe  
 Romam habitatum concesserit, cuiusque postea sit factus.  
 30 Coeperunt aduersus Catilinam pro se verba facientem  
 insurgere. 31 furore actus. 32 in perniciosam praeci-  
 pitur.

1 Ce-

CAPVT XXXII.

**D**Ein se ex curia in domum proripuit <sup>1</sup>. Ibi multa secum ipse voluens <sup>2</sup>, quod neque insidiae <sup>2</sup> consuli <sup>3</sup> procedebant, & ab <sup>4</sup> incendio intelligebat urbem vigiliis munitam <sup>5</sup>: optimum factu credens exercitum augere, ac prius quam legiones scriberentur <sup>6</sup>, multa ante capere <sup>7</sup>, quae bello vsui forent <sup>8</sup>: nocte intempesta cum paucis in Malliana castra <sup>9</sup> profectus est. Sed Cerhego, <sup>3</sup> atque Lentulo, ceterisque, quorum cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes <sup>10</sup> factionis confirmant <sup>11</sup>, insidias consuli <sup>12</sup> mutarent; caedem, incendia, aliaque belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem <sup>13</sup> accessurum <sup>14</sup>. Dum haec <sup>4</sup> Romae geruntur, C. Mallius ex suo numero <sup>15</sup> legatos ad Q. Marcium Regem mittit, cum mandatis huiusmodi:

<sup>1</sup> Celeriter abiit. <sup>2</sup> Cogitans. <sup>3</sup> Ciceroni a se structae. <sup>4</sup> contra incendium. <sup>5</sup> esse, praeservatam. <sup>6</sup> colligerentur a consulibus. <sup>7</sup> occupare, voran weg zu nehmen, zu veranstalten. <sup>8</sup> quae sibi vtilia forent ad bellum incipiendum. <sup>9</sup> in castra Mallii. <sup>10</sup> potentiam suae factionis, suarum partium. <sup>11</sup> corroborant, augeant. <sup>12</sup> Ciceroni structas mature, & quam celerrime possit, perficiant. <sup>13</sup> Romam. <sup>14</sup> aduenturum esse. <sup>15</sup> ex suo exercitu.

CAPVT XXXIII.

**D**EOS hominesque testamur, Imperator, nos av- <sup>1</sup>  
ma neque contra patriam cepisse, neque <sup>2</sup> quo  
peri-

<sup>1</sup> Neque hoc consilio.

periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent: qui miseri, egentes, violentia<sup>2</sup> atque crudelitate foeneratorum<sup>3</sup>, plerique patria<sup>4</sup>, sed omnes fama atque fortunis<sup>5</sup> expertes<sup>6</sup> sumus: neque cuiquam nostrum licuit, more maiorum, lege<sup>7</sup> uti, neque, amisso patrimonio, corpus liberum habere<sup>8</sup>: tanta saevitia foeneratorum<sup>2</sup> atque praetoris fuit. Saepe maiores vestrum<sup>9</sup> miseri plebis R.<sup>10</sup> decretis suis<sup>11</sup> inopiae eius opitulati sunt<sup>12</sup>; ac nouissimae<sup>13</sup>, memoria vestra<sup>14</sup>, propter magnitudinem aeris alieni, volentibus<sup>15</sup> omnibus bonis, argentum aere solutum est<sup>16</sup>. Saepe ipsa plebes, aut dominandi studio permota, aut superbia<sup>17</sup> magistratuum armata, a patribus secessit<sup>18</sup>. At nos non imperium, neque diuitias petimus, quarum verum causa<sup>19</sup> bella atque certamina omnia inter mortales sunt: sed libertatem<sup>20</sup>, quam nemo bonas, nisi cum anima simul, amittit.

2 per violentiam. 3 publicanorum & eorum, qui foenora exercent. 4 ex patria nostra eiccti. 5 bonis nostris. 6 privati sumus. 7 illa lege frui, per quam data nobis est immunitas & libertas. 8 sed coniecti sumus in seruitutem miseram. 9 vestri. 10 commoti sunt misericordia erga plebem Romanam. 11 per sua decreta. 12 auxilium & subleuationem a miseris attulerunt. 13 nuperrime adhuc. 14 cuius vos ipsi meminisse potestis. 15 consentientibus, adprobantibus. 16 aenei nummi soluti sunt & numerati loco argenteorum. 17 propter superbiam. 18 contra senatum excitauit seditionem. 19 propter quas res. 20 petimus.

tit T  
feris  
tor  
nem  
xum  
2  
lium  
est l  
vlti

A  
Ron  
dia  
Ron  
eo f  
itine  
mo  
5 cir  
rum  
Maff  
tant  
fore  
Abh  
natu  
tas d  
est:

1 A  
itiner  
accuf  
fac. 8

tit Te, atque senatum obtestamur <sup>21</sup>, consulatis <sup>22</sup> mi- <sup>5</sup>  
 seris ciuibus; legis <sup>23</sup> praesidium, quod iniquitas praer-  
 toris eripuit, restituatis, neve nobis eam necessitudi-  
 nem imponatis, vt quaeramus <sup>24</sup>, quonam modo, ma-  
 xime vlti <sup>25</sup> sanguinem nostrum, pereamus.

<sup>21</sup> vehementer rogamus. <sup>22</sup> vt consulere & auxi-  
 lium ferre velitis. <sup>23</sup> legis illius, per quam data nobis  
 est libertas. <sup>24</sup> vt cogamur quaerere. <sup>25</sup> postquam  
 vlti erimus.

CAPVT XXXIV.

**A**D haec <sup>1</sup> Q. Marcius respondit: si quid ab <sup>1</sup>  
 senatu petere vellent, ab armis discedant <sup>2</sup>,  
 Romam supplices proficiscantur; ea misericor-  
 dia atque mansuetudine senatum populumque  
 Romanum semper fuisse, vt nemo vnumquam ab  
 eo frustra auxilium petiuerit. At Catilina ex <sup>1</sup> <sup>2</sup>  
 itinere plerisque consularibus <sup>4</sup>, praeterea opti-  
 mo cuique, literas mittit: se, falsis criminibus  
<sup>5</sup> circumuentum <sup>6</sup>, quoniam factioni inimico-  
 rum resistere nequiverit, fortunae <sup>7</sup> cedere,  
 Massilam in exilium proficisci; non quo sibi  
 tanti sceleris <sup>8</sup> conscius esset, sed vt resp. quieta  
 foret, neve e sua contentione <sup>9</sup> seditio oriretur. <sup>3</sup>  
 Ab his <sup>10</sup> longe diuersas literas Q. Catulus in se-  
 natu recitauit, quas sibi nomine Catilinae reddi-  
 tas dicebat, Earum exemplum <sup>11</sup> infra scriptum  
 est:

CA-

<sup>1</sup> Ad hanc orationem. <sup>2</sup> vt arma prius seponant. <sup>3</sup> in  
 itinere suo. <sup>4</sup> iis Senatoribus, qui Consules fuerant. <sup>5</sup>  
 accusationibus. <sup>6</sup> obrutum oppressam fuisse. <sup>7</sup> aduer-  
 sae. <sup>8</sup> cuius accusaretur. <sup>9</sup> discordia. <sup>10</sup> literis. <sup>11</sup> copy.

## CAPVT XXXV.

- L** Catilina *Q. Catulo S.* <sup>1</sup> Egregia tua fides re cognita <sup>2</sup>, grata mihi, magnis in meis periculis, fiduciam commendationi meae tribuit <sup>3</sup>. Quamobrem <sup>4</sup> defensionem in consilio nouo non statui parare <sup>5</sup>: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui <sup>6</sup>: quae medius fidius licet vera mecum recognoscas <sup>7</sup>. Iniuriis, contumeliisque concitatus, quod <sup>8</sup>, fructu laboris industriaeque meae priuatus <sup>9</sup>, statum dignitatis <sup>10</sup> non obtinebam, publicam miserorum causam pro mea consuetudine suscepi; non <sup>11</sup> quin <sup>12</sup> aes alienum meis nominibus <sup>13</sup> ex possessionibus <sup>14</sup> soluere possem, cum & aliis nominibus <sup>15</sup> liberalitas Aureliae Orestillae <sup>16</sup>, suis <sup>17</sup>, filiaeque copiis persolueret: sed, quod <sup>18</sup> non dignos homines honore honestatos videram, <sup>4</sup> meque falsa suspitione alienatum <sup>19</sup> esse sentiebam. Hoc nomine <sup>20</sup> satis honestas pro meo casu <sup>21</sup> spes reli-  
<sup>5</sup> quae dignitatis conseruandae sum secutus. Plura cum scribere vellem, nunciatum est mihi vim  
pa-

<sup>1</sup> Salutem. <sup>2</sup> quam multis in rebus hactenus cognoui. <sup>3</sup> facit, adfert. <sup>4</sup> quod ego cepi. <sup>5</sup> dare, scribere. <sup>6</sup> potius decreui proponere, quomodo mihi satisfaciendum sit, qui nullus culpa mihi sum conscius. <sup>7</sup> quae omnia vera esse cognosces mecum, ita me dilament. <sup>8</sup> quoniam. <sup>9</sup> orbatus, exutus. <sup>10</sup> honorem aliquem aut magistratum publicum. <sup>11</sup> non ideo. <sup>12</sup> quasi, ac si non. <sup>13</sup> meis creditoribus. <sup>14</sup> meis praediis. <sup>15</sup> creditoribus, <sup>16</sup> coniugis meae. <sup>17</sup> ex suis & filiae suae facultatibus. <sup>18</sup> sed ideo potius quia. <sup>19</sup> me deiectum esse ab omni spe honorum impetrandorum. <sup>20</sup> hac ex causa. <sup>21</sup> pro mea infelicitate.

pavari 22. Nunc Orestillam tibi commendo, tuaeque fidei trado, eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus 23. Haueto 24.

22 aduersus me. 23 dum ego hoc beneficium rogo propter liberos tuos. 24 Valeto.

CAPVT XXXVI.

Sed ipse 1, paucos dies commoratus apud C. Flaminius in agro Reatino, dum vicinitatem 2 antea sollicitatam armis exornat 4, cum fascibus 5 atque aliis imperii insignibus 6 in castra ad Mallium contendit 7. Haec vbi Romae comperta sunt, senatus Catilinam & Mallium hostes iudicat, ceterae multitudini diem statuit 8, ante quam 9 liceret sine fraude 10 ab armis discedere, praeter rerum capitalium condemnatis 11. Praeterea decernit, ut consules delectum habeant 12; Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet 13, Cicero urbi praesidio sit. Ea tempestate 14 mihi imperium 4 populi R. multo maxime miserabile visum est; cui 15, cum ad occasum ab ortu solis omnia domita annis paterent 16, domi otium atque diuitiae, quae prima mortales putant 17, adfluerent:

1 Catilina, 2 incolas & accolas illius viciniae. 3 excitatam ut rebellaret. 4 intruit. 5 consularibus. 6 ornamentis, signis. 7 proficiscitur. 8 ein Tag anberaumet. 9 diem. 10 sine metu alicuius periculi. 11 exceptis tantummodo his, qui condemnati essent ob res capitales. 12 ut deligerent novos milites ad bellum, den Ausschuss zusammen foderu. 13 celeriter se praepararet. 14 illo tempore. 15 imperio. 16 essent. 17 quas res, otium atque diuitias, homines solent aliis rebus omnibus anteferre.

- rent <sup>18</sup>: fuere tamen ciues, qui seque remque publicam obstinatis animis perditum irent <sup>19</sup>.
- 5 Namque duobus senari <sup>20</sup> decretis ex tanta multitudi-  
 ne <sup>21</sup> neque praemio inductus <sup>22</sup> coniurationem patefecerat, neque ex castris Catilinae  
 6 quisquam omnium discesserat. Tanta vis morbi <sup>23</sup>, atque uti tabes <sup>24</sup> plerosque ciuium animos inuaserat.

<sup>18</sup> abunde essent. <sup>19</sup> uellent perdere. <sup>20</sup> Senatus.  
<sup>21</sup> coniuratorum. <sup>22</sup> aliquis persuasus. <sup>23</sup> rebellionis.  
<sup>24</sup> & quasi pestis aliqua.

## CAPVT XXXVII.

- 1 **N**Eque solum illis aliena <sup>1</sup> mens erat, qui conscii coniurationis fuerant: sed omnino cuncta plebes, nouarum rerum studio <sup>2</sup>, Catilinae incepta <sup>3</sup> probabat <sup>4</sup>. Id adeo more suo uidebatur <sup>5</sup> facere. Nam semper in ciuitate, quibus opes nullae sunt <sup>6</sup>, bonis inuidet, malos extollunt; vetera odere <sup>7</sup>, noua exoptant, odio <sup>8</sup> suarum rerum mutari omnia student, turba <sup>9</sup> atque seditionibus sine cura aluntur <sup>10</sup>: quoniam egestas facile habetur sine damno <sup>11</sup>.
- 4 Sed urbana plebes ea uero praeceptis ierat multis  
 5 de causis <sup>12</sup>. Primum omnium <sup>13</sup>, qui ubique pro-

<sup>1</sup> Inimica erga rempublicam. <sup>2</sup> ex cupiditate. <sup>3</sup> consilia. <sup>4</sup> laudabant. <sup>5</sup> plebs. <sup>6</sup> hi, qui nec potentiam nec diuitias habent, solent inuidere bonis uiris. <sup>7</sup> odio prosequuntur. <sup>8</sup> ex odio. <sup>9</sup> turbationibus. <sup>10</sup> delectantur. <sup>11</sup> *Armutz hat nichts zu verdienen.* <sup>12</sup> quod ad plebem Romanam attinet, illa sane multis ex causis ruebat in suam ipsius perniciem. <sup>13</sup> illi, qui.

probro, atque petulantia maxime praeftabant <sup>14</sup>:  
 item alii, per <sup>15</sup> dedecora, patrimonii amissis:  
 postremo omnes, quos flagitium aut facinus do-  
 mo expulerat <sup>16</sup>: hi Romam, sicuti in sentinam <sup>17</sup>,  
 confluxerant. Dein multi, memores Sulla-  
 nae victoriae, quod <sup>18</sup> ex gregariis militibus alios  
 senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu  
 atque cultu <sup>19</sup> aetatem agerent <sup>20</sup>: sibi quisque, si  
 in armis foret, ex victoria tanta <sup>21</sup> sperabat. Prae-  
 terea iuuentus, quae in agris manu mercede <sup>22</sup>  
 inopiam tolerauerat <sup>23</sup>, priuatis atque publicis  
 largitionibus excita <sup>24</sup>, vrbis <sup>25</sup> otium ingra-  
 to <sup>26</sup> labori praetulerat. Eos, atque alios omnes  
 malum <sup>27</sup> publicum alebat. Quo minus miran-  
 dum est, homines egentes, malis moribus, maxu-  
 ma spe, reipubl. iuxta ac sibi consuluisse. Praeter-  
 ea, quorum, victoria <sup>28</sup> Sullae, parentes proscri-  
 pti <sup>29</sup>, bona erepta, ius libertatis imminutum erat,  
 haud sine alio <sup>30</sup> animo belli euentum expecta-  
 bant. Ad hoc, quicumque aliarum, atque sena-  
 tus partium erant, conturbati rempubl. quam mi-  
 nus

<sup>14</sup> qui vitiosissimi & petulantissimi omnium erant.  
<sup>15</sup> propter. <sup>16</sup> in exilium. <sup>17</sup> sentina est pars naui  
 inferior, in quam conflunt omnes sordes. <sup>18</sup> quo-  
 niam videbant, eos factos fuisse Senatores, qui antea  
 fuerant gregarii milites. <sup>19</sup> ornat. <sup>20</sup> viverent.  
<sup>21</sup> & honores & diuitias. <sup>22</sup> *mir Handlohn, Taglöh-  
 ner - Arbeit.* <sup>23</sup> vitam inopem sustentauerat. <sup>24</sup> ex-  
 citata, inducta, persuasa. <sup>25</sup> otium eorum, qui in vrbe  
 Roma vivebant. <sup>26</sup> iniucundo. <sup>27</sup> calamitas pu-  
 blica, miser status reipublicae. <sup>28</sup> per victoriam. <sup>29</sup>  
*in die Acht erklaret*, in exilium eieci fuerant. <sup>30</sup> co-  
 dem.

2 nus valere ipsi 31, malebant. Id adeo malum multos post annos 32 in ciuitatem reuerterat.

31 malebant turbari rempublicam quam diutius perferre, vt ipsi auctoritate nulla valerent. 32 aliquot.

## CAPVT XXXVIII.

1 **N**Am postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso Coss. tribunitia potestas restituta est, homines adolescentes 1, suam potestatem nacti, quibus aetas 2 animusque ferox erat, coepere, senatum criminando 3, plebem exagitare 4; dein largiundo, atque pollicitando magis incendere 5; ita 6 ipsi clari potentesque fieri. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas 7, senatus sub specie 8, pro sua magnitudine 9. Namque vt paucis verum 10 absoluan, per illa tempora quicumque rempublic. agitauerunt 11, honestis nominibus 12, alii, sicuti 13 iura populi defenderunt: pars, quo senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum 14 simulantes, pro sua quisque potentia 15 certabant; neque illis modestia, neque modus contentionis 16 erat: vtrique victoriam crudeliter exercebant.

CA.

1 Tribuni plebis facti. 2 iuuenilis. 3 falsis criminibus accusando. 4 excitare ad seditionem. 5 instigare, irritare. 6 Ita coeperunt, hoc modo, his actibus, tentarunt. 7 plerique nobiles aduersabantur his tribanis plebis. 8 sub speciosa, praetensa, auctoritate Senatus. 9 sed reuera ad augendam potius suam magnitudinem. 10 veritatem rei. 11 ad seditionem, turbauerunt. 12 sub honesto praetextu. 13 ac si. 14 utilitatem rei publicae praerendentes. 15 quisque ad augendam tantummodo suam potentiam. 16 certaminis, rixarum mutuum.

SE  
ope  
ma  
ipsi  
cete  
stra  
dul  
tam  
pra  
dis  
mi  
cto  
qui  
im  
re  
ad  
Fu  
ne  
Ro

4. v  
fue  
had  
9. v  
11.  
vir  
con  
Ro

8

## CAPVT XXXIX.

**S**ed, postquam Cn. Pompeius ad bellum mari-  
 timum atque Mithridaticum missus est, plebis  
 opes imminutae <sup>1</sup>, paucorum potentia creuit. Hi <sup>2</sup>  
 magistratus, prouincias, aliaque omnia tenere <sup>3</sup>;  
 ipsi innoxii, florentes <sup>3</sup>, sine metu aetatem agere <sup>4</sup>,  
 ceterosque iudiciis terrere, quo plebem in magi-  
 stratu placidius tractarent. Sed vbi primum <sup>3</sup>  
 dubiis rebus nouandis spes oblata est <sup>7</sup>, vetus cer-  
 tamen animos eorum arrexit <sup>8</sup>. Quod si primo <sup>4</sup>  
 praelio Catilina superior <sup>9</sup>, aut aequa manu <sup>10</sup>  
 discessisset; profecto magna clades atque cala-  
 mitas republ. oppressisset; neque illis, qui vi-  
 ctoriam adepti forent, diutius ea <sup>11</sup> vti licuisset;  
 quin defessis & exsanguibus <sup>12</sup>, qui <sup>13</sup> plus posset,  
 imperium atque libertatem extorqueret <sup>14</sup>. Fue-  
 re tamen extra coniurationem, <sup>15</sup> complures, qui  
 ad Catilinam initio profecti sunt. In his <sup>16</sup> erat <sup>6</sup>  
 Fuluius, senatoris filius, quem retractum <sup>17</sup> ex iti-  
 nere parens necari iussit. Iisdem temporibus <sup>7</sup>  
 Romae Lentulus, sicuti Catilina praeceperat,  
 quos-

1. Fuerunt. 2. coeperunt 3. felices, aliis eminentes.  
 4. vivere. 5. tempore magistratus sui. 6. maiori man-  
 suetudine. 7. postquam spes facta est, statum reipublicae  
 haecenus dubium posse innouari mutarique. 8. excitauit.  
 9. victor. 10. pari felicitate, ita vt victoria dubla fuisset.  
 11. victoria hac. 12. victoribus debilitatis. 13. qui valuisset  
 viribus. 14. extorsurus fuisset. 15. qui non impliciti erant  
 coniurationi Catilinae. 16. inter hos. 17. reductus  
 Romam.

## C

quoscumque moribus aut fortuna <sup>18</sup> nouis rebus <sup>19</sup> idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat <sup>20</sup>; neque solum ciues, sed cuiuscumque modi genus hominum <sup>21</sup>, quod modo vsui bello foret <sup>22</sup>.

18. propter malos mores aut propter paupertatem. 19. ad turbandam remp. 20. ad tumultum. 21. varios homines. 22. quicumque modo possent vtilis esse ad bellum gerendam.

## CAPVT XL.

- I** Gitur P. Umbreno cuidam negotium <sup>1</sup> dat, vti legatos Allobrogum <sup>2</sup> requirat <sup>3</sup>, eosque, si possit, impellat ad societatem belli <sup>4</sup>: existumans, publice priuatimque aere alieno oppressos, praeterea quod natura <sup>5</sup> gens Gallica belliosa esset, facile ad tale consilium adduci posse.
- 2** Umbrenus, quod <sup>6</sup> in Gallia negotiatus erat <sup>7</sup>, plerisque principibus ciuitatum notus erat, atque eos nouerat: itaque sine mora, vbi primum legatos in foro conspexit, percunctatus <sup>8</sup> pauca de statu ciuitatis <sup>9</sup>, & quasi dolens eius casum <sup>10</sup>, requirere coepit, quem exitum tantis malis sperarent? Postquam illos videt <sup>11</sup> queri de auaritia magistratum, accusare senatum <sup>12</sup>, quod in eo auxilii nihil esset miseris suis remedium mor.

1. mandatumi. 2. Allobroges Galliae Narbonensis populi. 3. adeat. 4. ciuili. 5. a natura. 6. quoniam. 7. negotia habuerat. 8. interrogans illos. 9. Allobrogum. 10. miserum statum. 11. intelligit, audir. 12. quod legati accusarent Senatum Romanum.

mortem expectare 13: *At ego, inquit, vobis, si modo vni 14 esse vultis, rationem ostendam, qua 15 tanta mala ista effugiatis* 16. Haec ubi dixit, Allobroges, 4  
 in spem maximam adducti, Umbrenum orare 17,  
 uti sui misereretur: nihil tam asperum neque  
 tam difficile esse, quod non cupidissime facturi  
 essent, dum 18 ea res civitatem 19 aere alieno liberaret.  
 Ille eos in domum D. Bruti perducit, 5  
 quod 20 foro propinqua erat, neque aliena consilii 21,  
 propter Semproniam: nam tum Brutus ab  
 Roma aberat. Praeterea Gabinium accessit 22, 6  
 quo maior auctoritas sermoni 23 inesset. Eo 24  
 praesente coniurationem 25 aperit, nominat socios, 7  
 praeterea 26 multos cuiusque generis innoxios 27,  
 quo legatis animus amplior 28 esset; dein eos,  
 pollicitos operam suam, domum demittit.

13. & quod nullum aliud miseriarum suarum remedium expectarent, quam mortem. 14. fortes. 15. per quam rationem, viam, modum. 16. effugere possitis. 17. coeperunt. 18. dummodo. 19. Allobrogum. 20. quoniam haec domus. 21. & haec domus implicita etiam erat consilii Catilinae. 22. venire iubet ad se. 23. suo. 24. Gabiulo. 25. Catilinae. 26. nominat. 27. qui tamen non erant participes consilii huius. 28. maior, *ein grüßerer Muth.*

CAPVT XLI.

SED Allobroges diu incertum habuerunt, quidnam consilii caperent. In altera parte erat ares alienum, studium belli, magna merces in spe

C 2

1. diu dubitaverunt, diu nesciuerunt. 2. vna. 3. praemium.

4.

spe victoriae: at in altera maiores opes, tuta con-  
 3 filia, pro incerta spe certa praemia. Haec illis  
 4 voluentibus 4, tandem vicit fortuna reip. Itaque  
 Q. Fabio Sangae, cuius patrocínio ciuitas 5 plu-  
 rimum utebatur, rem omnem, vt cognouerant,  
 5 aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cogni-  
 to, legatis praecipit, vt studium coniurationis  
 vehementer simulent 6, ceteros 7 adeant, bene  
 polliceantur, dentque operam, vt eos 8 quam ma-  
 xime manifestos habeant.

4. dum legati de his rebus deliberant. 5. Allobrogum,  
 6. vt vehementer omnique studio simulent, quasi acce-  
 dere velint coniurationi. 7. coniuratos 8. coniuratos.

## CAPVT XLII.

1 **I**sdem fere temporibus, in Gallia citeriore atque  
 2 vltiore, item in agro Piceno, Bruttio 1, Apu-  
 lia, motus 2 erant. Namque illi, quos ante 3 Cati-  
 lina dimiserat 4, inconsulte 5 ac veluti per dementi-  
 am cuncta simul agere 6: nocturnis consiliis ar-  
 morum atque telorum portationibus, festinando,  
 agitando 7 omnia, plus timoris quam periculi ef-  
 3 fecerant. Ex eo numero 8 complures Q. Metellus  
 Celer praetor, ex sociis caussa cognita 9, in vincula con-

1 Prouincia, hodie Calabria dicta. 2. seditiones. 3. ante se. 4. miserat in illas prouincias. 5. sine certo & prudenti consilio. 6. caeperunt. 7. mouendo, excitando ad seditionem. 8. coniuratorum. 9. cum cognouisset rem omnem ex sociis.

coniecerat; item <sup>10</sup> in citeriore Gallia C. Murena, qui ei prouinciae legatus praeerat. At Romae <sup>4</sup> Lentulus cum caeteris, qui principes coniurationis erant, paratis <sup>12</sup>, vti videbatur, magnis copiis constituerat, vti, cum <sup>13</sup> Catilina in agrum Faesulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus pleb. concione habita <sup>14</sup>, quereretur de actibus Ciceronis, bellique <sup>15</sup> grauissimi inuidiam optumo consuli imponderet; eo signo <sup>16</sup>, proxima nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequeretur.

10. coniecerat alios pariter in vincula. 11. als Stadthalter oder Vice-Gouverneur. 12. postquam parauerat magnas copias. 13. vt, quando. 14. populo conuocato. 15. ciuilibus. 16. dato, das sollte gleichsam die Losung seyn.

CAPVT XLIII.

Sed ea <sup>1</sup> diuisa <sup>2</sup> hoc modo dicebantur: Statilius, & Gabinius vti cum magna manu <sup>3</sup> duodecim simul opportuna loca vrbis incenderent, quo tumultu <sup>4</sup> facilius aditum ad consulem, caeterosque, quibus infidiae parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis ianuam obsideret, eumque <sup>5</sup> adgrederetur, alius autem alium <sup>6</sup>; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat <sup>7</sup>, parentes <sup>8</sup> interficerent; simul, caede &

C 3

1. negotia. 2. fuisse. 3. militum, armatorum. 4. facto. 5. adgrederetur. 6. inter coniuratus. 7. suos. 8. ci-

incendio percussis omnibus 8, ad Catilinam e-  
 2 rumperunt 9. Inter haec parata 10 atque decre-  
 ta 11, Cethegus semper querebatur de ignavia fo-  
 ciorum: illos dubitando, & dies prolatando 11,  
 magnas opportunitates corrumpere 12; facto,  
 non consulto 13, in tali periculo opus esse: seque,  
 si pauci adiuuarent, languentibus 14 aliis, impe-  
 3 tum in curiam facturum 15. Natura 16 ferox, ve-  
 hemens, manu promptus erat 17: maximum bo-  
 num 18 in celeritate putabat.

8. civibus & incolis vrbis Romae. 9. ex vrbe. 10. inter hos apparatus. 11. dum executionem sui consilii de die in diem proferrent. 12. perdere. 13. diurnis & taediosis consiliis. 14. dubitantibus adhuc, cessantibus. 15. esse, facere velle. 16. natura. 17. Cethegus. 18. euen- tum optatum consilii totius positum esse.

## CAPVT XLIV.

1 **S**Ed Allobroges ex 1 praeepto Ciceronis per  
 Gabinium ceteros 2 conueniunt: ab Len-  
 tulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant  
 iusiurandum, quod signatum 3 ad ciues perfe-  
 rant 4: aliter haud facile eos ad tantum nego-  
 2 tium impelli posse. Caeteri, nihil suspicantes,  
 dant 5: Cassius semet eo 6 breui 7 venturum pol-  
 licetur, ac paulo ante legatos ex vrbe profi-  
 cisci-

1. iuxta praescriptum. 2. coniuratos. 3. besiegelt und unterschrieben. 4. perferre ad ciues suos possent. 5. iusiurandum signatum. 6. ad Allobroges. 7. tempore.

ciscitur. Lentulus cum his <sup>8</sup> T. Vulturium <sup>3</sup>  
 quemdam Crotoniensem mittit, vt Allobroges,  
 prius quam domum pergerent <sup>9</sup>, cum Catilina,  
 data <sup>10</sup> atque accepta <sup>11</sup> fide, societatem confir-  
 marent. Ipse Vulturio literas ad Catilinam dat <sup>4</sup>  
<sup>12</sup>, quarum exemplum infra scriptum est:

*Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces. Fac <sup>5</sup>  
 cogites, in quanta calamitate sis, & memineris, te  
 virum <sup>13</sup> esse: consideres, quid tuas rationes <sup>14</sup> postu-  
 lent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.*

Ad hoc, mandata verbis <sup>15</sup> dat; cum ab senatu <sup>6</sup>  
 hostis iudicatus sit, quo consilio seruitia <sup>16</sup> repu-  
 diet? in vrbe parata <sup>17</sup> esse, quae iusserit: ne cun-  
 ctetur ipse propius <sup>18</sup> accedere.

8. legatis. 9. proficiscerentur. 10. per Catilinam.  
 11. a legatis Allobrogum. 12. perferibit. 13. fortem.  
 14. status rerum tuarum. 15. mündlich. 16. seruo-  
 rum ministeria in bello. 17. omnia. 18. ad urbem.

CAPVT XLV.

**H**is rebus ita actis, constituta nocte, qua pro- <sup>1</sup>  
 ficiscerentur <sup>1</sup>, Cicero, per legatos <sup>2</sup> cun-  
 ctas edoctus, L. Valerio Flacco, & C. Pomptino  
 praetoribus imperat, vt in ponte Mulvio per in-  
 fidias Allobrogum comitatus <sup>4</sup> deprehendant:  
 rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur:  
 cetera, vti facto opus sit, ita agant. Homines <sup>2</sup>  
 C 4 mi.

1. Legati Allobrogum eum Vulturio. 2. Allobro-  
 gum. 3. quae acta essent. 4. comites. 5. adgrede-  
 rentur & caperent.

6.

militares, sine tumultu praesidiis collocatis, sicuti  
 3 praeceptum erat occulte pontem obsident. Postquam ad id loci 6 legati cum Vulturio venere 7, simul utrimque 8 clamor exortus est; Galli 9, cito 10 cognito consilio, sine mora praetoribus se  
 4 tradunt 11. Vulturio primo, cohortatus caeteros, gladio se a multitudine 12 defendit; dein, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua 13 Pomptinum obtestatus, quod 14 ei notus erat: postremo timidus, ac vitae diffidens, velut hostibus, sese praetoribus dedit.

6. ad illum locum. 7. venerunt. 8. ex utraque parte. 9. Allobroges. 10. statim. 11. captivos. 12. contra adgressores. 13. de conservatione vitae suae, & permittenda fuga petens. 14. quoniam.

## CAPVT XLVI.

1 Quid rebus confectis, omnia propere per  
 2 nuncios consuli 1 declarantur. At illum 2 ingens cura atque laetitia simul occupauerat; Coniuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse 3. Porro autem anxius erat, in maximo scelere tantis 4 civibus deprehensis, quid facto opus esset? poenam illorum sibi oneri 5, impunitatem perdundae reipublicae 6 fore.  
 3 Igitur confirmato animo, vocari ad sese iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemque Ceparium Terracinensem; qui in Apuliam

1. Ciceroni. 2. illius animum. 3. videbat. 4. tam nobilibus. 5. invidiae atque odio, propter potentiam familiarum, ex quibus erant coniurati. 6. si vero coniurati non punirentur, metuebat Cicero, ne hac ratione periret reipublica.

liam ad concitanda seruitia proficisci parabat. Caeteri 7 sine mora veniunt. Ceparius, paulo ante domo egressus, cognito indicio 8, ex vrbe profugerat. Consul Lentulum, quod 9 praetor erat, ipse manu tenens, in senatum perducit; reliquos cum custodibus in aedem 10 Concordiae venire iubet. Eo 11 senatum aduocat, magna- que 12 frequentia eius ordinis Vulturium cum legatis introducit; Flaccum praetorem scri- nium 13 cum literis, quas a legatis acceperat, eodem 14 adferre iubet.

7. priores quatuor. 8. cum intellexisset, proditam esse coniurationem. 9. quoniam is. 10. templum. 11. in hoc templum. 12. & in magna. 13. das Kaeßgen, Paquet. 14. in illud templum, in Senatum.

CAPVT XLVII.

Vulturium interrogatus de itinere, de litteris, postremo quid 1, aut qua de causa, consilii habuisset? primo fingere 2 alia omnia, dissimulare 3 de coniuratione; post, ubi fide publica 4 dicere iussus est, omnia, uti gesta erant, aperit: se paucis ante diebus a Gabinio & Cepario socium 5 adscitum 6, nihil amplius scire, quam legatos 7: tantummodo audire solitum 8 ex Gabi- nio, P. Autronium, Ser. Sullam, L. Vargunteium, multos 9 praeterea in ea coniuratione esse. Eadem 10 Galli fatentur; at Lentulum 2

C 5

dis-

1 Quid consilii, quale consilium. 2. coepit. 3. simu- lare, quasi ipse nihil quidquam sciret. 4. promissa de- creto Senatus impunitate, si veritatem aperiret. 5. con- iurationis. 6. fuisse. 7. Allobrogum. 8. esse. 9. alios. 10. quae dixerat Vulturium.

diffimulantem coarguunt <sup>11</sup> praeter litteras, sermonibus <sup>12</sup>, quos ille habere solitus erat, ex libris Sibyllinis <sup>13</sup>, regnum Romae tribus Corneliiis portendi <sup>14</sup>: Cinnam, atque Sullam antea <sup>15</sup>; se <sup>16</sup> tertium esse, cui fatum foret urbis potiri <sup>17</sup>, praeterea, ab <sup>18</sup> incendio Capitolio illum esse vigesimum annum, quem saepe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. **I**gitur, perlectis litteris, cum prius omnes signa sua cognouissent <sup>19</sup>; senatus decernit, ut, abdicato magistratu <sup>20</sup>, Lentulus, itemque caeteri, in **4** liberis custodiis <sup>21</sup> habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum aedilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Caesari, Gabinius M. Crasso, Ceparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio senatori traduntur.

11. reum faciunt. 12. ex iis sermonibus. 13. in quibus fata reip. erant perscripta. 14. promitti. 15. duos fuisse Cornelios. 16. Lentulum. 17. cui fata promitterent occupationem urbis Romae. 18. ab illo tempore, quo incensum esset Capitolium. 19. recognosciret hacten. 20. postquam decessisset officio Praetorio. 21. libera custodia appellabatur, quando reus in custodiam tradebatur consuli, Praetori, Aedili, vel Senatori.

## CAPVT XLVIII.

**I**nterea plebes, coniuratione patefacta, quae <sup>1</sup> primo cupida rerum nouarum nimis bello <sup>2</sup> fauebat, mutata mente Catilinae consilia execra-

<sup>1</sup>. Quae plebs. <sup>2</sup>. civili.

crari, Ciceronem ad caelum tollere 3; velut ex  
 feruitute erepta 4, gaudium atque laeticiam agi-  
 tabat 5. Namque alia belli facinora praedae 6  
 magis, quam detrimento 7, fore, incendium 8  
 vero crudele, immoderatum, ac sibi maxime  
 calamitosum putabat; quippe cui omnes co-  
 piae 9 in vsu quotidiano & cultu 10 corporis er-  
 rant. Post eum diem quidam L. Tarquinius  
 ad senatum adductus erat: quem, ad Catilinam  
 proficiscentem 11, ex itinere retractum 12 aie-  
 bant. Is cum se diceret coniuratione indica-  
 turum, si fides publica 13 data esset; iussus a  
 consule 14, quae sciret, edicere, eadem fere,  
 quae Vulturcius, de paratis incendiis, de caede  
 bonorum 15, de itinere hostium, senatum edo-  
 cet: praeterea, se missum 16 a M. Crasso, qui Ca-  
 tilinae nunciaret, ne eum Lentulus, & Cethe-  
 gus, aliique ex coniuratione 17 deprehensi 18,  
 terrerent 19; eoque magis properaret ad vr-  
 bem 20 accedere, quo & caeterorum animos  
 reficeret 21, & illi 22 facilius e periculo 23 eri-  
 perentur. Sed, vbi Tarquinius Crassum nomi-  
 nauit, hominem nobilem, maximis diuitiis,

C 6

sum-

3. laudibus. 4. esset. 5. ostendebat. 6. militum.  
 7. perdendae reipublicae. 8. vrbis. 9. omnes diui-  
 tiae. 10. sustentatione. 11. cum proficisci vellet ad  
 Catilinam. 12. fuisse. 13. impunitatis promissio. 14.  
 Cicerone. 15. virorum, ciuium. 16. fuisse. 17. ex  
 sociis coniurationis. 18. captiui. 19. ab incepto.  
 20. Romam. 21. recrearet, confirmaret. 22. captiui.  
 23. vitas.

summa potentia; alii rem incredibilem rati 24: pars, tamen si verum 25 existimabant, tamen, quia in tali tempore tanta vis hominis 26 magis leniunda, quam exagitanda 27, videbatur: plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii, 28, conclamant: indicem 29 falsum esse; deque ea re postulant ut referatur 30. Itaque, Cicerone consulente, frequens 31 senatus decernit: Tarquinii indicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum 32; neque, amplius potestatem faciendam 33, nisi de eo indicaret 34, cuius consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore, qui existimarent, indicium illud a P. Autronio machinatum 35: quo facilius, adpellato Crasso, per societatem periculi reliquos 36 illius potentia 37 tegeter. Alii Tarquinium a Cicerone immissum 38 aiebant, ne Crassus, more suo, suscepto malorum 39 patrocinio, Remp. conturbaret.

## CA-

24. alii putabant, rem hanc esse plane incredibilem, 25. vera dicta esse, 26. Crassi. 27. exacerbanda esse. 28. obligati, addicti. 29. proditorem esse hominem fallacem. 30. & postulant, ut ea res amplius ad deliberandum proponatur Senatui. 31. totus. 32. esse. 33. neque amplius dandum esse Tarquinio occasionem & facultatem dicendi & iudicandi. 34. nisi illum nominaret. 35. ita institutum fuisse *durch* intrigues *also* *angestellet*. 36. coniuratos. 37. potentiam Crassi. 38. *habe, angeflistet*. 39. hominum.

## CAPVT XLIX.

**I**psum Crassum ego postea praedicantem <sup>1</sup> audi- **1**  
 vi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone  
 impositam <sup>2</sup>. Sed iisdem temporibus Q. Catu- **2**  
 lus, & C. Piso neque gratia <sup>3</sup>, neque precibus,  
 neque pretio <sup>4</sup> Ciceronem impellere; quiuc-  
 re <sup>5</sup>, vti per Allobroges, aut alium indicem C.  
 Caesar falso nominaretur <sup>7</sup>. Nam vterque cum **3**  
 illo <sup>8</sup> graues inimicitias exercebant; Piso, op-  
 pugnatu <sup>9</sup> in iudicio repetundarum <sup>10</sup>, pro-  
 pter cuiusdam Transpadani <sup>11</sup> supplicium iniu-  
 stum; Catulus <sup>12</sup>, ex petitione pontificatus <sup>13</sup>  
 odio incensus, quod extrema aetate <sup>14</sup>, maxu-  
 mis honoribus vsus, ab adolescentulo Caesare vi-  
 ctus <sup>15</sup> discesserat. Res <sup>16</sup> autem opportuna **4**  
 videbatur; quod <sup>17</sup> is, priuatim <sup>18</sup> egregia libe-  
 ralitate, publice maxumis muneribus <sup>19</sup>, gran-  
 dem

C 7

1. Dicentem. 2. fuisse. 3. per gratiam & fauorem.  
 4. proposito praemio. 5. persuadere. 6. potuerunt.  
 7. tanquam & ipse esset inter coniuratos. 8. Caesare.  
 9. Piso quidem ideo, quoniam accusatus fuerat a Caesa-  
 re. 10. quasi pecunias publicas Piso ad se rapuisset.  
 11. hominis, qui habitabat in provincia Transpadana. Pa-  
 dus est fluvius Italiae, hodie dicitur *der Pò*. 12. Ideo  
 exercebat inimicitias cum Caesare. 13. post petiti-  
 onem Pontificatus, seu summi sacerdotii, quem simul  
 cum Caesare Cato etiam petiuerat quidem, sed non ob-  
 tinuerat. 14. in summa senectute. 15. superatus in  
 petitione. 16. consilium hoc. 17. quoniam Caesar.  
 18. propter liberalitatem, quam priuatim exercebat. 19.  
 editis spectaculis.

20.

5 dem pecuniam debebat <sup>20</sup>. Sed vbi consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singulatim <sup>21</sup> circumeundo atque ementiendo <sup>22</sup>, quae se ex Vulturio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi <sup>23</sup> inuidiam conflauerant; vsque adeo, vti nonnulli equites R. qui praesidii causa cum telis <sup>24</sup> erant circum aedem Concordiae, seu periculi magnitudine, seu animi mobilitate <sup>25</sup> impulsus, quo studium suum in remp, clarior <sup>26</sup> esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitarentur.

<sup>20.</sup> *schuldig war.* <sup>21.</sup> singulos senatores & amicos. <sup>22.</sup> falsa dicendo. <sup>23.</sup> Caesari. <sup>24.</sup> armis. <sup>25.</sup> inconstantia. <sup>26.</sup> vt eo maiori ostentatione amorem suum erga rempublicam declararent.

## CAPVT L.

1 DVm haec in senatu aguntur, & dum legatis Allobrogum, & T. Vulturio, comprobatos eorum indicio, praemia decernuntur: liberti, & pauci ex clientibus Lentuli, diuersis itineribus, opifices atque seruitia <sup>2</sup> in vicis <sup>3</sup> ad eum <sup>4</sup> eripiendum <sup>5</sup> sollicitabant: partim exquirebant <sup>6</sup> duces multitudinum, qui pretio <sup>7</sup> remp. vexare <sup>2</sup> soliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam <sup>8</sup> atque libertos suos, lectos <sup>9</sup> & exercitata-

1. Laudato, adprobato per Senatum. 2. seruos. 3. plateis publicis. 4. Lentulum. 5. ex custodia. 6. plebis. 7. praemio proposito. 8. suos domesticos. 9. electos.

tatos in audaciam <sup>10</sup>, orabat, vt grege facto <sup>11</sup>, cum telis ad sese irrumperent. Consul, vbi ea <sup>12</sup> 3 pararicognouit, dispositis praesidiis, vti res atque tempus monebat, conuocato senatu refert, quid de his fieri placeret <sup>13</sup>, qui in custodiam traditierant? Sed eos paulo ante frequens senatus indicauerat contra remp. fecisse <sup>14</sup>. Tum D. Iu- 4 nius Silanus, primus sententiam <sup>15</sup> rogatus, quod 5 eo tempore consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, & praeterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium <sup>16</sup> sumendum decreuerat: isque postea permotus oratione C. Caesaris, pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum <sup>17</sup> se dixerat, quod de ea re, praesidiis abditis, referendum censuerat <sup>18</sup>. Sed Caesar, vbi ad eum ventum <sup>19</sup> est, rogatus sententiam a consule, huiusce- 6 modi verba locutus est:

<sup>10</sup> omnem. <sup>11</sup> collecti in vnum corpus & gregem. <sup>12</sup> has insidias. <sup>13</sup> quid decernendum esset. <sup>14</sup> criminis laesae maiestatis, & turbatae pacis publicae, reos esse. <sup>15</sup> de sua sententia. <sup>16</sup> vitae. <sup>17</sup> se secuturum esse sententiam Neronis. <sup>18</sup> quoniam censuerat, vt ea de re referretur quidem, sed id tamen, vt praesidia, quae circumstabat, templum Concordiae, remouerentur, ne quod ab iis periculum esset. <sup>19</sup> postquam ordo dicendi ad Caesarem venit.

CAPVT LI.

**O**Mnes homines, P. C. qui de rebus dubiis con- 1 sultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile ani- 2 mus

mus verum prouidet <sup>1</sup>, ubi illa <sup>2</sup> officium <sup>3</sup>; neque quisquam omnium lubidini simul & vsui paruit <sup>4</sup>.  
<sup>3</sup> Vbi intenderis <sup>5</sup> ingenium, valet: si lubito possidet <sup>6</sup>, ea dominatur; animus nihil valet. Magna mihi copia est memorandi <sup>7</sup>, P. C. <sup>8</sup> qui reges, aut qui populi, ira aut misericordia impuls, male consuluerint <sup>9</sup>: sed ea malo dicere, quae maiores nostrri contra lubidinem <sup>10</sup> animi sui, recte atque ordine <sup>11</sup> fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas, magna atque magnifica, quae populi R. opibus creuevat, infida atque aduersa nobis fuit: sed postquam, bello confecto <sup>12</sup>, de Rhodiis <sup>13</sup> consultum est, maiores nostrri, ne quis diuiciarum magis, quam iniuriae bellum inceptum diceret <sup>14</sup>, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cum saepe Carthaginenses, & in pace & per inducias, multa nefanda facinorosa fecissent, nunquam ipsi <sup>15</sup> per occasionem <sup>16</sup> talia <sup>17</sup> fecere: magis, quod se dignum <sup>18</sup> foret, quam quod in illos <sup>19</sup> iure fieri possent, quaerebant.

Hoc

1. Perspicit. 2. affectus animi. 3. obstant, impediunt. 4. neque quisquam hominum simul potuit & affectu bus suis obedire, & id consulere, quod utile esset. 5. si quis habet ingenium ab affectibus liberum. 6. si vero affectus possident animum. 7. prolixè possem commemorare. 8. Patres conscripti, id est senatores. 9. malum consilium dederint. 10. affectum. 11. certo, 12. peracto. 13. puniendis. 14. ne quis dicere posset, quasi illud bellum susceptum fuisset magis ob diuitias Rhodiorum, quam ob vindicandam acceptam a Rhodiis iniuriam. 15. maiores nostrri. 16. oblatam. 17. nefanda facinorosa. 18. suae dignitati conueniens. 19. Carthaginenses.

20.

Hoc item vobis prouidendum est, P. C. ne plus valeat apud vos P. Lentuli, & caeterorum scelus, quam vestra dignitas: neu magis irae vestrae, quam famae, consulatis 20. Nam si digna poena pro factis eorum reperitur, nouum consilium adprobo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat, iis 22 vtendum censeo, quae legibus comparata sunt. \* Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositae 23 atque magnifice casum 24 reip. miserati sunt: quae belli saeuitia esset, quae victis 25 acciderent, enumerauere; rapi virgines, pueros; diuelli liberos a parentum complexu; matres familiarum pati 26, quae victoribus colluissent; fana 27 atque domos exspoliari; caedem, incendia fieri: postremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleri. Sed, per deos immortales, quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infestos 29 coniurationi faceret? scilicet 30, quem res tanta atque tam atrox non permouit, eum oratio accendet. Non ita est: Neque cuiquam mortalium iniuriae suae paruae videntur; multi eas grauius aequo 31 habuere. Sed alia aliis licentia est, P. C. qui demissi 32 in obscuro vitam agunt, si quid iracundia 33 deliquere pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui 34 magno imperio praediti in excelso

20. aut ne. 21. prospiciatis. 22. supplicis, poenis.  
 23. eleganter, adposite, conuenienter ad rem. 24. miseriam. 25. quae mala. 26. eas turpitudines. 27. rempla. 28. quorsum, quem scopum habuit illa oratio?  
 29 inimicos. 30. Ironia. 31. quam fas quidem & aequum est. 32. humiles, abjecti. 33. ex iracundia. 34. qui vero.

- so 35 aetatem agunt 36, eorum facta cuncti mortales  
 13 nouere. Ita in maxuma fortuna 37 minuma licentia  
 est: neque studere 38, neque odisse, sed minime irasci  
 14 decet. Quae apud alios iracundia dicitur, ea in im-  
 perio 39 superbia atque crudelitas adpellatur. Equi-  
 15 dem ego sic existumo, P.C. omnes cruciatus minores 40,  
 quam facinora illorum 41 esse: sed plerique mortales  
 postrema meminere 42; & in hominibus impiis, scele-  
 ris eorum obliti 43, de poena differunt, si ea paulo seue-  
 16 rior fuerit. D. Silanum, virum fortem atque stre-  
 num, certe scio, quae dixerit, studio 44 reip. dixisse,  
 neque illum in tanta re gratiam 45 aut inimicitias ex-  
 ercere: eos mores, eamque modestiam, viri cognoui.  
 17 Verum sententia eius mihi non crudelis, (quid enim in  
 tales homines 46 crudele fieri potest?) sed aliena a re-  
 18 publ. 47 nostra videtur. Non profecto, aut metus,  
 aut iniuria te subegit, Silane, consulem designatum,  
 19 genus poenae nouum decernere. De timore, su-  
 peruacaneum 48 est differere, cum, praesenti dili-  
 gentia clarissimi viri consulis 49, tanta praes-  
 20 dia sint armis. De poena, possum equidem  
 di-

---

35. loco constituti. 36. viuunt. 37. iis, qui in ma-  
 xima fortuna, honore & auctoritate constituti sunt. 38.  
 neque illos decet habere studium aut gratiam partium.  
 39. in his, qui imperium habent. 40. longe minores  
 esse. 41. coniuratorum. 42. suppliciorum solent esse  
 tantummodo memores. 43. dum obliuiscuntur scele-  
 rum ab ipsis patrorum. 44. ex amore erga repu-  
 blicam. 45. favorem. 46. coniuratos. 47. non  
 conueniens esse cum moribus maiorum nostrorum ac  
 reipublicae. 48. frustra foret. 49. Ciceronis.

dicere id quod res habet 50, in luctu atque miseriis, mortem aerumnarum requiem, non cruciatum, esse; eam 51 cuncta mortalium mala dissolvere; ultra 52 neque curae 53 neque gaudio locum esse. \* Sed per deos immor- 2 I\* tales, quamobrem in sententia non addidisti, uti prius verberibus in eos animaduerteteretur 54? An, quia lex 22 Porcia 55 vetat? at aliae leges item condemnatis ciuibus non animam 56 eripi, sed exsilium permitti 57, iubent. An quia grauius 58 est verberari, quam necari? 23. quid autem acerbum 59, aut nimis graue est in 60 homines tanti facinoris conuictos? Sin, quia leuius est: quei 24 conuenit in minore negotio legem obseruare, cum eam in maiore neglexerit? At enim quis reprehendat, quod 25 in patricidas reip decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius lubido 61 gentibus moderatur 62? illis merito 63 accidet, quidquid euenerit. Caeterum vos, P.C. 26 quid in alios statuatis, considerate: Omnia mala ex 27 empla ex bonis iniitiis orta sunt: sed, ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis, ad indignos & non idoneos transfertur. \* Lacedaemonii, deuictis Atheniensibus, triginta 28\* viros imposuere 64, qui rempub. tractarent 65. Hi primo  
 66-

50. iubet, id quod in re ipsa cernitur. 51. mortem. 52. ultra mortem. 53. anxietati. 54. ut illi caederentur, punirentur. 55. quippe per quam prohibitum fuit, ciuem Romanum virgis caedere. 56. vitam. 57. sed eos in exilium pelli. 58. contumeliosius. 59. nimis. 60. contra. 61. voluntas, arbitrium. 62. imperat. 63. ex merito continget. 64. tanquam Gubernatores. 65. administrarent. 66. non

coepere pessimum quemque & omnibus iniustum  
 indemnatum <sup>66</sup> necare: eo populus laetari, & me-  
 30rito dicere sevi <sup>67</sup>. Post, ubi paullatim licentia <sup>68</sup>  
 crevit: iuxta bonos & malos lubricose <sup>69</sup> inter-  
 31ficere <sup>70</sup>, ceteros metu terrere. Ita ciuitas serui-  
 tute oppressa, stultae laetitiae graues poenas de-  
 32dit. Nostri memoria <sup>71</sup> victor Sulla, cum Da-  
 masippum, & alius huiusmodi, qui malo reip. cre-  
 verant <sup>72</sup>, iugulari iussit; quis non factum eius  
 laudabat? Homines scelestos & faciosos, qui se-  
 ditionibus temp. exagitauerant, merito necatos <sup>73</sup>  
 33aiebant. Sed ea res magnae initium cladis fuit.  
 Namque, uti quisque domum, aut villam postre-  
 mo, aut vas <sup>74</sup>, aut vestimentum alicuius concu-  
 pierat; dabat operam, ut is in proscriptorum nu-  
 34mero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors  
 laetitiae fuerat, paulo post ipsi traherantur <sup>75</sup>:  
 neque prius finis iugulandi <sup>76</sup> fuit, quam Sulla  
 \* 35omnes suos <sup>77</sup> diuitiis expleuit <sup>78</sup>. \* Atque ego hoc  
 non in M. Tullio <sup>79</sup> neque his temporibus vereor:  
 • Sed in magna ciuitate multa & variis ingenia  
 36sunt. Potest alio tempore, alio consule, cui item  
 exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero cre-  
 di: Vbi hoc exemplo <sup>80</sup>, per senatus decretum, con-  
 sul

66. non auditum, licet non condemnatum. 67. ideo  
 coepit populus laetari, & dicere, quod id merito fiat. 68.  
 Gubernatorum. 69. pro libitu suo. 70. coeperunt.  
 71. nostro tempore. 72. quorum potentia aucta fuerat.  
 sed cum damno reipublicae. 73. fuisse. 74. pretiosum  
 aliquid. 75. ad mortem. 76. interficiendi homines. 77.  
 amicos. 78. exsatiavit. 79. Cicerone, iam consule. 80  
 iuxta praefens exemplum. 81.

sul gladium eduxerit: quis illi 81 finem statuet, aut  
 quis moderabitur? Maiores nostri neque audaciae 37  
 umquam eguere. 82: neque superbia obstabat, quo  
 minus instituta 83 aliena, si modo proba erant,  
 imitarentur. Arma atque tela militaria ab Sa- 38  
 ninitibus, insignia 84 magistratum ab Tuscis ple-  
 raque sumserunt 85: postremo, quod ubique apud  
 socios, aut hostes idoneum videbatur, cum summo  
 studio domi exsequebantur: imitari 86, quam in-  
 videre bonis malebant. Sed eodem illo tempore 39  
 Graeciae morem imitati, verberibus animadu-  
 tebant in ciues, de condemnatis summum 87 sup-  
 plicium sumebant. Postquam republ. adoleuit 88, 40  
 & multitudine ciuium factiones valere 89, cir-  
 cumueniri 90 innocentes, alia huiusmodi 91 fieri  
 coepere: tunc lex Porcia aliaeque leges paratae  
 sunt, quibus 92 legibus exsilium damnatis permis-  
 sum est. Hanc ego caussam, P. C. quo minus cons- 41  
 lium nouum capiamus, inprimis magnam 93 puto.  
 Profecto virtus, atque sapientia maior in illis 94, 42  
 fuit, qui ex paruis opibus 95 tantum imperium fe-  
 cere, quam in nobis, qui ea bene parta 96 vix reti-  
 nemus. Places 97 igitur eos 98 dimitti, & augeti  
 exer-

81. Consuli armato. 82. omnino audacissimi fuerunt.  
 83. mores aliorum populorum. 84. ornamento, fasces,  
 fellas curules &c. 85. imitati sunt, acceperunt. 86. bo-  
 nos. 87. vitae. 88. maiorem accepit potentiam. 89.  
 inualere. 90. falli, opprimi. 91. huius generis sce-  
 lera. 92. per quas leges. 93. grauissimam, bene confi-  
 derandam. 94. maioribus nostris. 95. potentia. 96.  
 a maioribus nostris. 97. nobis. 98. captiuos, coniu-  
 ratos.

*exercitum Catilinae? minime: sed ita censeo: publicandas<sup>99</sup> eorum pecunias; ipsos in vincula habendos per municipia, quae maxime opibus<sup>100</sup> valent: ne quis de his<sup>101</sup> postea ad senatum referat, neue cum populo agat; qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra temp. & salutem omnium facturum<sup>102</sup>.*

99. confiscandas. 100. quae potentissima sunt. 101. coniuratis. 102. esse.

## CAPVT LII.

**P**ostquam Caesar dicendi finem fecit, caeteri verbo<sup>1</sup>, alius alii varie adsentiebantur<sup>2</sup>: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam<sup>3</sup>, huiusmodi orationem habuit:

- 2 *Longe mihi alia mens est, P. C. cum res, atque pericula nostra considero, & cum sententias nonnullorum*  
 3 *mecum ipse reputo. Illi mihi differuisse videntur de poena eorum, qui patria, parentibus, aris atque focis & suis bellum parauere; res<sup>5</sup> autem monet, cauere ab illis magis, quam, quid in illos statuamus, consultare. Nam caetera maleficia tum persequare<sup>6</sup>, ubi facta sunt: hoc, nisi prouideris<sup>7</sup> ne accidat, ubi euenit, frustra<sup>8</sup> iudicia implores. Capta urbe, nihil fit reliqui victis<sup>9</sup>.*

*Sed,*

1. Pari oratione. 2. consensum suum dabant Caesari.  
 3. suam. 4. templis ac domibus. 5. praesens autem rerum status. 6. oportet vt persequaris. 7. cauebis ante. 8. tunc frustra demum. 9. sed omnis sunt in potestate victoris.

Sed, per deos immortales, vos ego adpello, qui semper do- 5  
 mos, villas, signa, tabulas vestras pluris, quam rempubl.  
 fecistis: si ista cuiuscumque modi<sup>10</sup> sint, quae ample-  
 xamini<sup>11</sup>, retinere, si voluptatibus vestris otium prae-  
 bere vultis: expergiscimini aliquando, & capeffite<sup>12</sup>  
 rempublicam. Non agitur de vestigalibus, non de fo- 6  
 ciorum iniuriis: libertas & anima nostra in dubio<sup>13</sup>  
 est. Saepenumero, P. C. multa verba in hoc ordine<sup>14</sup>  
 feci: saepe de luxuria atque auaritia nostrorum ci-  
 uium questus sum: multosque mortales ea caussa<sup>15</sup> ad-  
 versos<sup>16</sup> habeo. Qui mihi atque animo meo nullius 8  
 unquam delicti gratiam<sup>17</sup> fecissem, haud facile alte-  
 rius lubrici<sup>18</sup> malefacta condonabam. Sed, ea tam- 9  
 etsi vos parui pendebatis, tamen resp. firma erat: opu-  
 lentia negligentiam<sup>19</sup> tolerabat. Nunc vero non id<sup>10</sup>  
<sup>20</sup> agitur, bonisne, an malis moribus viuamus; neque  
<sup>21</sup> quantum aut quam magnificum imperium pepuli  
 R. sit: sed, haec cuiuscumque modi videntur, nostra,  
 an, nobiscum una<sup>22</sup>, hostium<sup>23</sup> futura sint? Heic mihi<sup>11</sup>  
 quisquam mansuetudinem & misericordiam nominat?  
 Iam pridem equidem nos vera verum vocabula<sup>24</sup> ami-  
 simus, quia, bona aliena largiri, liberalitas; ma-  
 larum verum audacia, fortitudo vocatur; eo<sup>25</sup>  
 res-

---

10. quaecunque tandem illa sint. 11. amatis. 12.  
 curam gerite reipublicae. 13. summo periculo. 14.  
 Senatu. 15. ob eam causam. 16. mihi. 17. veniam  
 dedissem. 18. malitiæ. 19. luxuriam. 20. de eo.  
 21. neque agitur de eo, 22. simul. 23. in potestate  
 hostium. 24. verum sensum vocabulorum, quibus res  
 designauimus. 25. propterea.

- 12 *respublica in extremo* <sup>26</sup> *sita est. Sint sane* <sup>27</sup>, *quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis* <sup>28</sup>; *sint misericordes in furibus aravii,* <sup>29</sup> : *ne* <sup>30</sup> *illi sanguinem nostrum largiantur, & dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum*
- F** <sup>13</sup> *ceant. Bene & compositae C. Caesar paulo ante in hoc ordine de vita & morte differuit, credo falsa existumans ea, quae de inferis memorantur, diverso itinere* <sup>31</sup> *malos a bonis loca terra, inculta, foeda, atque formidolosa habere* <sup>32</sup>. *Itaque censuit, pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos* <sup>33</sup>; *videlicet, ne, si Romae sint, aut a popularibus* <sup>34</sup> *coniurationis, aut a multitudinis conductae per vim eripiantur* <sup>35</sup>. *Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe* <sup>36</sup>, *& non per totam Italiam sint; aut non ibi* <sup>37</sup> *plus possit audacia, ubi ad defendendum opes minores*
- <sup>16</sup> *sunt. Quare vanum* <sup>38</sup> *equidem hoc consilium est, si periculum ex illis* <sup>39</sup> *metuit* <sup>40</sup>: *sin in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert* <sup>41</sup>,
- <sup>17</sup> *mihi atque vobis timere. Quare, cum de P. Lentulo caeterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinae & de omnibus con-*
- <sup>18</sup> *siuratis decernere* <sup>42</sup>. *Quanto vos attentius* <sup>43</sup> *ea agetis, tanto illis* <sup>44</sup> *animus infirmior erit: si paulo*

26. periculo. 27. per me sane licet, vt illi sint liberales. 28. bonis, diuitiis. 29. publici. 30. dummodo ne. 31. via. 32. in inferno. 33. retinendos esse. 34. sociis. 35. ex custodia. 36. Roma. 37. in illis locis. 38. frustraneum. 39. coniuratis. 40. Caesar. 41. desto mehr ist dran gelegen. 42. decretum facere. 43. quanto maiori cura. 44. coniuratis.

pau  
feroc  
arm  
esses  
cioru  
quoru  
fuere  
domi  
consu  
noxiu  
auari  
lauda  
malos  
bitio  
si qu  
heic  
impet  
Coni  
Gallo  
bellu  
caput  
bitat  
ciatis

41  
rum v  
ni vlt  
stroru  
vt ma  
prolis  
58 pe

paullulum modo vos languere 45 viderint, iam omnes  
 feroces aderunt. Nolite existimare maiores nostros 19  
 armis 46 remp. ex parua magnam fecisse. Si ita res 20  
 esset, multo pulcerrumam nos haberemus, quippe so-  
 ciorum, atque ciuium, praeterea armorum, atque e-  
 quorum maior copia nobis, quam illis, est. Sed alia 21  
 fuere quae illos magno fecere, quae nobis nulla sunt 47:  
 domi industria, foris iustum imperium: animus in  
 consulendo liber, neque delicto 48, neque lubricitati ob-  
 noxius 49. Pro his 50 nos habemus luxuriam atque 22  
 auaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam:  
 laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos &  
 malos discrimen nullum: omnia virtutis praemia am-  
 bitio possidet. Neque mirum: ubi vos separarim sibi 23  
 51 quisque consilium capitis: ubi domi voluptatibus,  
 heic 52 pecuniae, aut gratiae seruitis: eo fit 53, ut  
 impetus 54 fiat in vacuam remp. Sed ego haec omitto 55: 24 F  
 Coniurauere ciues nobilissimi patriam incendere:  
 Gallorum gentem, infestissimam nomini Romano, ad  
 bellum arcessunt 56: dux hostium cum exercitu supra  
 caput 57 est. Vos cunctamini etiam nunc, & du- 25  
 bitatis, quid, intra moenia deprehensis hostibus, fa-  
 ciatis? Misereamini, censeo. Deliquere 58 ho-  
 mi-

45 dubitare, non exercere seueritatem. 46 per arma-  
 rum vim. 47 quae omnia nos non habemus. 48 crimi-  
 ni vili. 49 subiectus est. 50 virtutibus maiorum no-  
 strorum. 51 pro se. 52 in senatu. 53 inde adeo fit. 54  
 ut mali homines adgredi audeant egenam rempublicam. 55  
 prolixius enarrare. 56 excitant, sollicitant. 57 nostrum.  
 58 peccarunt, inquit.

mines adolescentuli per ambitionem: atque etiam  
 27armatos dimittatis. Nae 59 ista vobis mansuetu-  
 do & misericordia, si illi arma ceperint, in miseri-  
 28am vertet. Scilicet res ipsa aspera 60 est, sed vos  
 29non timetis eam. Immo vero maxime; sed inver-  
 tia 61 & mollitia animi, alius alium 62 expectan-  
 tes, cunctamini: videlicet diis immortalibus confisi,  
 qui hanc temp. in maximis saepe periculis serua-  
 vere. Non votis, neque suppliciis muliebribus au-  
 xilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene  
 consulendo, prospere omnia cedunt: Vbi socordiae  
 tete 63 atque ignaviae tradideris: nequicquam 64  
 30deos implores, irati infestique sunt 65. Apud maio-  
 res nostros T. Manlius Torquatus bello Gallico fi-  
 lium suum, quod 66 is contra imperium 67 in ho-  
 31stem pugnaverat, necari iussit. Atque ille egre-  
 gius adolescens immoderatae fortitudinis morte 68  
 poenas dedit: Vos, de crudelissimis parricidis quid  
 statuatis, cunctamini? videlicet vita caetera 69  
 32eorum 70 huic sceleri obstat. Verum parcite  
 dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae  
 suae, si diis, aut hominibus umquam ullis peper-  
 33cit. Ignoscite Cethegi adolescentiae, nisi ite-  
 34rum 71 iam patriae bellum fecit. Nam quid ego  
 de Gabinio, Statio, Cepario loquar? quibus si  
 quidquam pensi umquam fuisset 72, non ea con-  
 si.

59 profecto. 60 horribilis. 61 ex. 62 alterius  
 auxilium. 63 te. 64 frustra. 65 Diis. 66 quo-  
 niam. 67 wider des commandirenden Generals Ordre.  
 68 per mortem. 69 pristina & bona. 70 coniura-  
 torum. 71 altera iam vice. 72 si prudentes unquam  
 fuissent.

filia  
 de p  
 cor  
 que  
 eu, f  
 sinu  
 quid  
 est 7  
 confi  
 cula  
 torum  
 incen  
 cius  
 mani  
 pliciu

73  
 noltra  
 sium  
 Re fu

Po  
 ite  
 lauda  
 alios  
 atque  
 fit, li  
 mult

1 H  
 vocan



tiaque, mari atque terra, praeclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quae res maxime tanta<sup>5</sup> negotia sustinuisset<sup>6</sup>. Sciebam, saepenumero parua manu<sup>7</sup> cum magnis legionibus hostium contendisse<sup>8</sup>: cognoueram, paruis copiis bella gesta<sup>9</sup> cum opulentis regibus: ad hoc, saepe fortunae<sup>10</sup> violentiam tolerasse; facundia Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse<sup>11</sup>.

4 Ac mihi, multa agitanti<sup>12</sup>, constabat<sup>13</sup>, paucorum ciuium egregiam virtutem cuncta patrauisse, eoque<sup>14</sup> factum, vti diuitias paupertas,<sup>5</sup> multitudinem paucitas superaret. Sed, postquam luxu atque desidia ciuitas<sup>15</sup> corrupta est, rursus resp. magnitudine<sup>16</sup> sua, imperatorum atque magistratum vitia sustentabat; ac, sicuti effocta parente<sup>17</sup>, multis tempestatibus<sup>18</sup> haud

6 sane quisquam Romae virtute magnus fuit. Sed, memoria mea<sup>19</sup>, ingenti virtute, diuersis<sup>20</sup> moribus fuere viri duo, M. Cato, & C. Caesar: quos, quoniam res<sup>21</sup> obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium<sup>22</sup>, quin vtriusque<sup>23</sup> naturam, & mores, quantum ingenio possem, aperirem<sup>24</sup>.

CA-

5 tam grauia Romanorum negotia. 6 perfecisset. 7 cum paruo exercitu. 8 pugnaſſe Romanos. 9 fuiſſe a Romanis. 10 aduerſae. 11 praestitiffe, excelliſſe. 12 cogitanti, expendenti. 13 certum erat. 14 ideoque. 15 Romana. 16 per magnitudinem ſuam. 17 tanquam mater iam ſenex facta, quae aut nullos, aut ſane paucos liberos parere ſolet. 18 longo tempore. 19 tempore meo. 20 diuerſis tamen. 21 ita occaſio. 22 meum. 23 & Catonis & Caefaris. 24 describerem.

I  
qu  
ria,  
cent  
Cato  
factu  
far, d  
largi  
pern  
laud  
duxe  
inter  
dona  
exerc  
enite  
ſtiae.  
diuit  
ſed  
re, c  
quar  
glori

I  
fuere  
ſimpl  
certa  
nis.  
ſam  
non  
auro  
ſpect

CAPVT LIV.

**I**gitur his <sup>1</sup> genus, aetas, eloquentia prope ae- **1**  
 qualia fuere magnitudo animi par, item glo-  
 ria, sed alia alii <sup>2</sup>. Caesar beneficiis, ac munifi- **2**  
 centia <sup>3</sup> magnus habebatur: integritate <sup>4</sup> vitae  
 Cato; ille mansuetudine, & misericordia clarus  
 factus: huic seueritas dignitatem addiderat Caes-  
 ar, dando, subleuando, ignoscendo <sup>5</sup>: Cato, nihil **3**  
 largiundo, gloriam adeptus est; in altero malis  
 pernicios <sup>6</sup>: illius <sup>7</sup> facilitas, huius <sup>8</sup> constantia  
 laudabatur. Postremo Caesar in animum in- **4**  
 duxerat <sup>9</sup>, laborare, vigilare, negotiis amicorum  
 intentus <sup>10</sup>, sua negligere: nihil denegare, quod  
 dono dignum esset; sibi magnum imperium,  
 exercitum, bellum nouum exoptabat, vbi virtus <sup>11</sup>  
 enitescere <sup>12</sup> posset. At Catoni studium mode- **5**  
 stiae, decoris, sed maxime seueritatis erat. Non <sup>13</sup> **6**  
 diuitiis cum diuite, neque factione cum factioso,  
 sed <sup>14</sup> cum strenuo virtute, cum modesto pudore,  
 cum innocente <sup>15</sup> abstinentia certabat: esse <sup>16</sup>,  
 quam videri <sup>17</sup>, bonus malebat; ita, quo minus  
 gloriam petebat, eo magis adsequebatur.

D 3

CA.

<sup>1</sup> Catoni & Caesari. <sup>2</sup> sed praeterea aliae virtutes  
 fuere in Caesare, aliae in Catone. <sup>3</sup> liberalitate. <sup>4</sup>  
 simplicitate, honestate. <sup>5</sup> veniam dando. <sup>6</sup> perniciem  
 certam habebant mali in Catone. <sup>7</sup> Caesaris. <sup>8</sup> Cato-  
 nis. <sup>9</sup> proposuerat sibi. <sup>10</sup> pro negotiis amicorum cu-  
 ram gerens. <sup>11</sup> fortitudo sua. <sup>12</sup> sese ostendere. <sup>13</sup>  
 non certabat Cato. <sup>14</sup> sed potius certabat. <sup>15</sup> cum non  
 auaro. <sup>16</sup> esse reuera. <sup>17</sup> quam habere tantammodo  
 speciem viri boni.

## CAPVT LV.

- 1 **P**ostquam, vti dixi, senatus in Catonis sententiam discessit <sup>1</sup>, consul optimum factu ratus, noctem, quae instabat, antecapere <sup>2</sup>, ne quid eo spatio <sup>3</sup> nouaretur <sup>4</sup>, triumuiros, quae supplicium postulabat, parare iuber <sup>5</sup>. Ipse <sup>6</sup>, praesidiis dispositis, Lentulum in carcerem deducit: <sup>3</sup> idem fit caeteris <sup>7</sup> per praetores. Est in carcere locus, quod <sup>8</sup> Tullianum appellatur; vbi paululum adscenderis ad laeuam <sup>9</sup>, circiter XII. pedes humi depressus <sup>10</sup>. Eum muniunt vndique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vincta <sup>11</sup>: sed inculta <sup>12</sup> tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies <sup>13</sup>. In eum locum postquam demissus <sup>14</sup> Lentulus, vindices rerum capitalium <sup>15</sup>, quibus praeceptum erat, laqueo gulam <sup>16</sup> fregere. Ita ille patricius, ex gente clarissima Corneliorum, qui consulare imperium Romae habuerat, dignum <sup>17</sup> moribus factisque suis exitium vitae inuenit <sup>18</sup>. De Cerhego, Statio, Gabinio, Cepario eodem modo supplicium sumtum est.

CA.

1 Sententiam adprobauit. 2 antea occupare. 3 intra illud spatium temporis. 4 tumultus excitaretur. 5 iubet Consul, vt triumuiri pararent ea omnia, quae necessaria erant ad sumendam a coniuratis supplicium. 6 Consul. 7 coniuratis captiuis. 8 qui. 9 manum. 10 defossus. 11 superstructa. 12 horribilis propter tenebras. 13 adspectus est. 14 descendit. 15 carnifices. 16 Lentuli. 17 promeritum. 18 habuit.

## CAPVT LVI.

**D**Um ea Romae geruntur, Catilina ex omni  
 copia<sup>1</sup>, quam ipse adduxerat, & Mallius ha-  
 buerat, duas legiones instituit; cohortes pro  
 numero militum complet. Dein, vti quisque  
 voluntarius<sup>2</sup>, aut ex sociis in castra venerat, æqua-  
 liter distribuerat<sup>3</sup>; ac breui spatio<sup>4</sup> legiones nu-  
 mero hominum expleuerat: cum initio non am-  
 plius duobus millibus habuisset. Sed ex omni  
 copia circiter pars quarta erat militaribus armis  
 instructa: caeteri, vti quemque casus<sup>5</sup> armaue-  
 rat, sparos<sup>6</sup>, aut lanceas, alii praeacutas<sup>7</sup> fudes<sup>8</sup>  
 portabant. Sed postquam Antonius cum exer-  
 citu aduentabat, Catilina per montes iter facere  
<sup>10</sup>, modo ad urbem<sup>11</sup>, modo in Galliam versus ca-  
 stra mouere, hostibus<sup>12</sup> occasionem pugnandi  
 non dare. Sperabat propediem magnas copias  
 se habiturum, si Romae socii incepta<sup>13</sup> patrauis-  
 sent. Interea seruitia repudiabat<sup>14</sup>, cuius<sup>15</sup> ini-  
 tio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus  
 coniurationis fretus<sup>16</sup>; simul alienum suis ratio-  
 nibus videri<sup>17</sup>, causam ciuium cum seruis fugi-  
 tivis communicasse<sup>18</sup>.

D 4

CA-

1 Ex omnibus copiis, militibus. 2 quod numerum  
 militum attinet. 3 milites. 4 in cohortes. 5 tem-  
 poris. 6 fortuitus. 7 iaculi genus, *VVurffspieß*. 8  
*uern zugespißt*. 9 *Pfäle*. 10 coepit. 11 Romam.  
 12 Antonio. 13 consilia potuissent perficere. 14 no-  
 lebat recipere seruos in suum exercitum. 15 legendum  
 potius est: *quorum*. 16 dum Catilina omnem suam fidu-  
 clam ponebat in potentiam coniurationis. 17 simul pu-  
 tabat, non conuenire cum statu rerum suarum. 18 com-  
 mune habuisse.

## CAPVT LVII.

- 1 Sed postquam in castra nuncius peruenit, Ro-  
mae coniurationem patefactam<sup>1</sup>, de Lentulo,  
& Cethego, caeterisque, quos supra memorauit,  
supplicium sumtum<sup>2</sup>: plerique, quos ad bellum  
spes rapinarum, aut nouarum rerum studium, il-  
lexerat, dilabuntur<sup>3</sup>: reliquos Catilina per mon-  
tes asperos magnis itineribus in agrum Pistorien-  
sem<sup>4</sup> abducit<sup>5</sup>, eo consilio, uti per tramites<sup>6</sup> oc-  
culte profugeret in Galliam. At Q Metellus Ce-  
ler cum tribus legionibus in agro Piceno praesi-  
debat<sup>7</sup>, ex difficultate rerum eadem illa existu-  
mans<sup>8</sup>, quae supra diximus Catilinam agitare<sup>9</sup>.  
3 Igitur, ubi iter eius<sup>10</sup> ex perfugis cognouit, castra  
propere mouit<sup>11</sup>, ac sub ipsis radicibus montium  
confedit, qua illi descensus erat in Galliam pro-  
4 peranti<sup>12</sup>. Neque tamen Antonius longe abe-  
rat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus<sup>13</sup>  
5 expeditos in fugam<sup>14</sup> sequeretur. Sed Catilina,  
postquam videt, montibus atque copiis hostium  
fese clausum<sup>15</sup>: in vrbe res aduersas<sup>16</sup>; neq; fugae,  
neque praesidii vllam spem<sup>17</sup>: optimum factu ra-  
tus, in tali re<sup>18</sup> fortunam belli tentare; statuit cum  
An-

1 Esse. 2 fuisse. 3 aufugiunt. 4 pars Hetruriae. 5  
deducit. 6 vias angustiores. 7 habebat castra. 8 su-  
spicans. 9 in consilio habere. 10 Catilinae. 11 brach  
er eilends mit seinem Lager auff. 12 ubi necessario oport-  
ebat Catilinam descendere in Gallias proficiscentem. 13  
commodioribus. 14 aufugere volentes. 15 vndique cir-  
cumdatum esse. 16 sibi esse, euenisse. 17 amplius adef-  
se. 18 in tam dubio rerum suarum statu.

Antonio quam primum conflagere <sup>19</sup>. Itaque <sup>6</sup>  
concione aduocata <sup>20</sup>, huiuscemodi orationem  
habuit:

<sup>19</sup> pugnam habet. <sup>20</sup> cum conuocasset suos mili-  
tes.

CAPVT LVIII.

**C**ompertum ego habeo, milites, verba <sup>1</sup> viris <sup>2</sup> **1**  
virtutem non addere; neque ex ignauro strenu-  
um, neque fortem ex timido exercitum oratione <sup>3</sup>  
imperatoris fieri. Quanta cuiusque animo auda-  
cia natura <sup>4</sup> aut moribus inest, tanta in bello pa-  
tere <sup>5</sup> solet. Quem neque gloria, neque pericula <sup>2</sup>  
excitant <sup>6</sup>, nequicquam hortere <sup>7</sup>, timor animi au-  
ribus officit <sup>8</sup>. Sed ego vos, quo pauca monerem <sup>9</sup>, <sup>3</sup>  
aduocaui; simul uti causam consilii mei aperi-  
rem. Scitis equidem, milites, socordia atque igna-  
uia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem attu-  
lerit; quoque modo, dum ex vrbe praesidia oppe-  
rior <sup>10</sup>, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc <sup>5</sup>  
vero quo in loco <sup>11</sup> res nostrae sint, iuxta mecum o-  
mnes intelligitis. Exercitus hostium duo, vnus ab <sup>6</sup>  
vrbe, aliter a Gallia obstant: diutius in his locis  
esse, si maximo animus ferat <sup>12</sup>, frumenti atque  
aliarum rerum egestas prohibet. Quocumque ire <sup>7</sup>

D 5

pla-

<sup>1</sup> Inanem orationem. <sup>2</sup> fortibus. <sup>3</sup> per orationem.  
<sup>4</sup> a natura. <sup>5</sup> sese ostendere. <sup>6</sup> ad fortitudinem. <sup>7</sup> hunc  
frustra hortaberis. <sup>8</sup> dum timor animi non immittit in au-  
res, & deinde in pectus, quae proponuntur ad persuaden-  
dum. <sup>9</sup> ut pauca tantummodo dicerem, <sup>10</sup> expecto.  
<sup>11</sup> in quo statu. <sup>12</sup> si maxime velim.

8 placet, ferro <sup>13</sup> iter aperiendum est. Quapropter vos moneo, uti forti, atque parato animo sitis, & cum <sup>14</sup> praelium inibiis, meminertis, vos diuitias, decus, gloriam, praeterea libertatem, atque <sup>9</sup> patriam in dextris <sup>15</sup> vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus <sup>16</sup> abunde, <sup>10</sup> municipia atque coloniae patebunt. Sin metu cesserimus <sup>17</sup>, eadem illa aduersa <sup>18</sup> fient: neque locus, neque amicus quisquam teget <sup>19</sup>, quem arma <sup>11</sup> non texerint. Praeterea, milites, non eadem <sup>12</sup> bis, & illis <sup>20</sup> necessitudo <sup>21</sup> impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis supervacaneum <sup>22</sup> est pro potentia paucorum pugnare. <sup>13</sup> Quo <sup>23</sup> audacius adgredimini <sup>24</sup>, memores pristinae <sup>14</sup> virtutis <sup>25</sup>. Licuit vobis cum summa turpitudine in exsilio aetatem agere: potuistis nonnulli Romae, amissis bonis, alienas opes exspectare; quia illa <sup>26</sup> foeda atque intoleranda vis <sup>27</sup> videbatur, haec <sup>28</sup> sequi decreuistis. Si haec relinquere vultis, audacia opus est. Nemo, nisi victor, <sup>16</sup> ce bellum mutauit <sup>29</sup>. Nam, in fuga salutem sperare, cum arma, quae corpus tegitur, ab hostibus <sup>17</sup> auerteris, ea vero dementia est. Semper in praelio iis maximum est periculum, qui maxime timet:

<sup>1</sup> per arma. <sup>14</sup> quando. <sup>15</sup> manibus. <sup>16</sup> frumenti. <sup>17</sup> quod si vero ex metu auferimus e praefio. <sup>18</sup> nobis. <sup>19</sup> illum poterit tegeré. <sup>20</sup> municipiis & amicis. <sup>21</sup> necessitas. <sup>22</sup> res vilis est. <sup>23</sup> tanto igitur. <sup>24</sup> hostem. <sup>25</sup> fortitudinis vestrae. <sup>26</sup> amisso bonorum & aliae calamitates. <sup>27</sup> fortibus. <sup>28</sup> arma nostra, <sup>29</sup> veruicibsete.

ment: audacia pro muro <sup>30</sup> habetur. Cum vos con-<sup>18</sup>  
sidero, milites & cum facta vestra aestumo: magna  
me spes victoriae tenet. Animus <sup>31</sup>, aetas <sup>32</sup>, vir-<sup>19</sup>  
tus vestra me hortantur; praeterea necessitudo, quae  
etiam timidus fortes facit. Nam, multitudo ho-<sup>20</sup>  
stium ne circumuenire <sup>33</sup> queat, prohibent <sup>34</sup> angu-  
stiae loci. Quod si virtuti vestrae fortuna inuide-<sup>21</sup>  
rit, cauete, ne inulti animum amittatis; neu capti  
potius, sicuti pecora, trucidemini, quam <sup>35</sup> virorum  
more pugnantes, cruentam atque luduosam victo-  
riam hostibus relinquatis.

<sup>30</sup> pro defensione. <sup>31</sup> fortis. <sup>32</sup> vegeta. <sup>33</sup> cir-  
cumdare nos. <sup>34</sup> impedit, obest. <sup>35</sup> quam potius.

CAPVT LIX.

HÆc ubi dixit, paullulum commemoratus, si-<sup>1</sup>  
gna <sup>1</sup> canere iubet: atque instructos <sup>2</sup> ordi-  
nes in locum aequum deducit: dein, remotis om-  
nium equis, quo <sup>3</sup> militibus, exaequato pericu-  
lo <sup>4</sup>, animus amplior esset, ipse <sup>5</sup> pedes <sup>6</sup> exerci-  
tum pro loco atque copiis <sup>7</sup> instruxit. Nam, vti <sup>2</sup>  
planities erat inter sinistros montes, & ab dextera  
rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit;  
reliqua signa <sup>8</sup> in subsidiis <sup>9</sup> arctius collocat. Ab <sup>3</sup>  
his centuriones omnes euocatos, praeterea ex

D 6 gre-

<sup>1</sup> Bellica, classicum *Lerm blasen*. <sup>2</sup> dispositos in ordi-  
nem milites. <sup>3</sup> vt. <sup>4</sup> si omnium periculum esset aequa-  
le. <sup>5</sup> Catilina. <sup>6</sup> zu Fusse. <sup>7</sup> pro opportunitate loci &  
ratione militum suorum. <sup>8</sup> militaria, cohortes. <sup>9</sup> *zint*  
*Hinterhalt, in der arriere-garde.*

gregariis militibus oprume quemque armatum, in primam aciem subducit; C. Mallium in dextera, Faesulanum quemdam in sinistra parte curare <sup>10</sup> iuber: ipse cum libertis, & calonibus <sup>11</sup> propter Aquilam <sup>12</sup> adfistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, pedibus aeger <sup>13</sup>, quod <sup>14</sup> praelio adesse nequibat, M. Petreio legato <sup>15</sup> exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti <sup>16</sup> causa conscripserat <sup>17</sup>, in fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse <sup>18</sup> equo circumiens, unumquemque nominans, adpellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, <sup>19</sup> pro aris atque focis suis certare. Homo militaris <sup>19</sup>, quod amplius annos triginta tribunus, aut praefectus, aut legatus, aut praetor cum magna gloria in exercitu fuerat, perosque ipsos <sup>20</sup>, factaque eorum fortia nouerat; ea commemorando, multum animos accendebat.

<sup>10</sup> dirigere exercitum. <sup>11</sup> *Tross*. <sup>12</sup> *Haupt-Fahne*.  
<sup>13</sup> aegrotans morbo pedum. <sup>14</sup> quoniam. <sup>15</sup> General-Lieutenant. <sup>16</sup> tumultus huius. <sup>17</sup> collegerat. <sup>18</sup> Petreius. <sup>19</sup> hic Petreius, qui diu militauerat. <sup>20</sup> milites suos.

## CAPVT LX.

<sup>1</sup> Sed ubi <sup>1</sup>, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat, cohortes paullatim incedere <sup>2</sup> re <sup>2</sup> iuber. Idem facit hostium exercitus.

Post-

<sup>1</sup> Postquam. <sup>2</sup> contra hostem procedere in praetorium.

Postquam eo 3 ventum est, vnde a ferentariis 4 3  
 praelium committi 5 possent: maximo clamore,  
 infestis 6 signis concurrunt: pila 7 omittunt, gla-  
 diis res geritur 8. Veterani 9, pristinae virtutis 4  
 memores, cominus acriter instare 10, illi haud ti-  
 midi resistunt: maxuma vi certatur. Interea 5  
 Catilina cum expeditis 11 in prima acie versari 12,  
 laborantibus 13 succurrere, integros pro faucibus  
 accersere 14, omnia providere; multum ipse pu-  
 gnare, saepe hostem ferire: strenui milites, & bo-  
 ni imperatoris officia simul exsequebatur. Pe- 6  
 treius, vbi videt Catilinam contra, ac ratus  
 erat 15, magna vi tendere 16: cohortem prae-  
 toriam 17 in medios hostes inducit, eosque per-  
 turbatos atque alios alibi resistentes, interficit:  
 deinde vtriusque ex lateribus 18 caeteros adgre-  
 ditur. Mallius, & Faesulanus in primis pugnan- 7  
 tes cadunt 19. Postquam suas 20 copias 21, se- 8  
 que cum paucis relictum videt Catilina: me-  
 mor generis 22, atque pristinae dignitatis suae, in  
 confertissimos 23 hostes incurrit, ibique pugnant  
 confoditur.

D 7

CA-

---

3 ad eum locum. 4 levis armaturae militibus. 5  
 Iniri. 6 hostilibus. 7 *VVurffspieße*. 8 pugnatur.  
 9 milites Romani. 10 hostibus. 11 militibus suis.  
 12 coepit. 13 illi qui in periculo erant. 14 adducere  
 in praelium. 15 quam putauerat. 16 pugnare. 17  
*das Leib - Regiment*. 18 *in den Flancken*. 19 occi-  
 duntur. 20 esse. 21 suas. 22 sui nobilissimi. 23 den-  
 sissimos.

## CAPVT LXI.

1 **S**Ed, confecto praelio, tum vero cerneret<sup>1</sup>, quanta  
 audacia, quantaque animi vis fuisset in exer-  
 2 citu Catilinae. Nam fere, quem quisque viuus  
 pugnando<sup>2</sup> locum coeperat<sup>3</sup>, eum amissa anima  
 3 4, corpore tegebat. Pauci autem, quos medius<sup>4</sup>  
 cohors praetoria disiecerat, paulo diuersius<sup>5</sup>, sed  
 omnes tamen aduersis<sup>6</sup> vulneribus, conciderant.  
 4 8 Catilina vero longe a suis inter hostium cada-  
 vera repertus est, paullulum etiam spirans<sup>7</sup>;  
 ferociamque animi, quam habuerat viuus, in  
 5 vultu retinens. Postremo, ex omni copia<sup>8</sup>,  
 neque in praelio neque in fuga quisquam ciuis  
 6 ingenuus captus est. Ita cuncti suae, hostium-  
 7 que vitae iuxta pepercerant<sup>9</sup>. Neque tamen  
 exercitus populi R. laetam, aut incrementam vi-  
 ctoriam adeptus erat. Nam strenuissimus quis-  
 que aut occiderat in praelio, aut grauiter vul-  
 8 neratus discesserat. Multi autem, qui e ca-  
 stris, visundi<sup>10</sup> aut spoliandi gratia, processerant,  
 volentes<sup>11</sup> hostilia cadauera, amicam alii,  
 pars

1 videre potuisses. 2 in pugna. 3 occupauerat.  
 4 post vitam amissam. 5 quorum aciem mediam. 6  
 diuersis locis. 7 in pectore acceptis. 8 occisi fue-  
 rant. 9 adhuc viuens. 10 ex omnibus copiis ho-  
 stium. 11 vsque adeo ingenui ciues non pepercerant suae  
 & hostium vitae. 12 spectandi corpora prostrata. 13 dum  
 circumuoluunt.

pars hospitem aut cognatum reperiebant. Fue- 9  
re item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita va-10  
rie 14 per omnem exercitum laetitia 15, moeror 16,  
luctus 17, atque gaudia 18 agitabantur 19.


*Finis Belli Catilinarii.*

14 variis animorum motibus. 15 *Laetitia* est, cum mens  
effuse & subito exultat. 16 *Moeror* est dolor non vehe-  
mentissimus. 17 *Luctus* est dolor animi impensior. 18  
*Gaudium* est, cum quis placide quidem & constanter moue-  
tur. 19 animaduvertebantur.



C.SAL-

an-  
xer-  
uus  
ima  
os  
fed  
ant.  
da-  
s 9;  
in  
10,  
iuis  
m-  
nen  
vi-  
uis-  
vul-  
ca-  
ffe-  
alii,  
ars  
  
erat.  
6  
fue-  
ho-  
suae  
lum  
  
14



C. SALLVSTII  
CRISPI  
IVGVRTHA,  
SEV  
BELLVM IVGVRTHINVM.  
CAPVT I.

**F**ALSO <sup>1</sup> queritur de natura sua ge-  
nus humanum, quod imbecilla <sup>2</sup>,  
atque acui brevis <sup>3</sup>, sorte <sup>4</sup> potius,  
quam virtute, regatur. Nam  
<sup>2</sup> contra reputando <sup>5</sup> neque maius  
aliud, neque praestabilis <sup>6</sup> inue-  
nias <sup>7</sup>: magisque <sup>8</sup> naturae industriam hominum,  
<sup>3</sup> quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque  
imperator vitae mortalium, animus est: qui  
ubi

<sup>1</sup> Frustra, sine legitima causa, per iniuriam. <sup>2</sup> natura.  
<sup>3</sup> non dividens. <sup>4</sup> coeco casu. <sup>5</sup> contra ea si expen-  
dimus. <sup>6</sup> quidquam excellentius. <sup>7</sup> quam naturam. <sup>8</sup>  
inuenias.

vbi ad gloriam virtutis via <sup>9</sup> grassatur <sup>10</sup>, abunde pollens potensque & clarus est, neque fortuna eger <sup>11</sup>; quippe quae probitatem, industriam, aliasque artes bonas neque dare neque eripere cuiquam potest. Sin <sup>12</sup> captus pravis cupidinibus, & ad inertiam & voluptates corporis pessumdatus <sup>13</sup> est, perniciose lubidine paullisper vsus <sup>14</sup>: vbi <sup>15</sup> per socordiam vires, tempus, ingenium defluxere <sup>16</sup>, naturae infirmitas accusatur, suam quippe culpam actores ad negotia transferunt <sup>17</sup>. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura <sup>5</sup> esset, quanto studio aliena <sup>18</sup>, ac nihil profutura, multum <sup>19</sup> etiam periculosa petunt <sup>20</sup>: neque regerentur magis, quam regerent casus <sup>21</sup>, & eo magnitudinis procederent <sup>22</sup>, vbi pro mortalibus <sup>23</sup>, gloria aeterni fierent.

CA-

6 per viam. 10 cum impetu quodam procedit. 11 opus habet. 12 quod si vero animus. 13 praecipitatus. 14 quando vsus fuit animus lubidine. 15 & quando denique. 16 debilitata sunt. 17 & tunc demum ii, qui male egerunt, suam culpam transferunt ad negotia, quasi haec iam minus velint procedere, cum tamen omnis culpa referenda sit ad ipsos actores seu homines. 18 quae ad ipsos non pertinent. 19 interdum etiam valde periculosa. 20 desiderant. 21 tunc sine casu fortuiti non tam regerent homines, quam ab hominibus potius regerentur. 22 & peruenturi essent ad tantam magnitudinem. 23 vt homines, cum mortales sint, per gloriam fierent aeterni.

## CAPVT II.

<sup>1</sup> **N**Am uti genus hominum compositum ex corpore & anima est: ita res cunctae, studiaque<sup>1</sup> omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam<sup>2</sup> sequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc<sup>2</sup> vis<sup>3</sup> corporis, & alia omnia huiuscemodi breui<sup>4</sup>, dilabuntur<sup>5</sup>; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.  
<sup>3</sup> Postremo, corporis & fortunae honorum, uti initium, sic finis est; omniaque orta occidunt<sup>6</sup>, & aucta<sup>7</sup> fenescunt; Animus incorruptus, aeternus, rector humani generis, agit<sup>8</sup>, atque habet<sup>4</sup> cuncta, neque ipse habetur<sup>9</sup>. Quo magis praeviditas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis<sup>10</sup>, per luxum atque ignaviam aetatem agunt<sup>11</sup>: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius<sup>12</sup> aliud<sup>13</sup> in natura mortalium est, incultu<sup>14</sup> atque socordia torpescere<sup>15</sup> sinunt; cum praesertim tam multae, variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo<sup>16</sup> paratur.

CA:

---

<sup>1</sup> Actiones. <sup>2</sup> praeterea etiam. <sup>3</sup> robur. <sup>4</sup> tempore. <sup>5</sup> pereunt. <sup>6</sup> quae oriuntur, iterum pereunt. <sup>7</sup> & quando satis incrementorum acceperunt. <sup>8</sup> semper est in actione. <sup>9</sup> a quoquam regitur aut possidetur. <sup>10</sup> voluptatibus. <sup>11</sup> vitam suam transigunt. <sup>12</sup> praestantius. <sup>13</sup> quidquam. <sup>14</sup> per negligentiam atque omissionem debitae culturae. <sup>15</sup> hebescere, debilitari. <sup>16</sup> laus & gloria.

## CAPVT III.

**V**erum ex his <sup>1</sup> magistratus, & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate <sup>2</sup> capiunda <sup>3</sup> videntur; quoniam neque virtuti honos datur <sup>4</sup>, neque illi, quibus per fraudem ius fuit <sup>5</sup>, tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam, vi <sup>6</sup> quidem regere patriam aut parentes <sup>7</sup>, quamquam & possis <sup>8</sup>, & delicta <sup>9</sup> corrigas, tamen importunum <sup>10</sup> est: cum praefertim omnes rerum <sup>11</sup> mutationes caedem, fugam, aliaque hostilia portendant <sup>12</sup>. Frustra autem niti <sup>13</sup>, neque aliud, se fatigando, nisi odium quaerere, extremae dementiae est <sup>14</sup>: nisi forte quem inhonesta & perniciofa lubido <sup>15</sup> tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari <sup>16</sup>.

CA-

---

<sup>1</sup> Artibus. <sup>2</sup> hoc nostro tempore. <sup>3</sup> expetenda. <sup>4</sup> tribuitur. <sup>5</sup> neque illi, qui per varias fraudes ius ali- quod aut magistratum acceperunt, ideo satis tuti aut magis honesti sunt. <sup>6</sup> per vim. <sup>7</sup> subditos, ciues. <sup>8</sup> id facere. <sup>9</sup> publica vitia. <sup>10</sup> durum, asperum & periculofum. <sup>11</sup> reipublicae. <sup>12</sup> indicent, ostendant. <sup>13</sup> contendere, operam dare. <sup>14</sup> dignum est. <sup>15</sup> cupiditas. <sup>16</sup> honorem atque libertatem suam impendere, ad gratiam & fauorem paucorum captandam, augendamque illorum potentiam.

## CAPVT IV.

<sup>1</sup> Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio  
<sup>2</sup> exercentur, imprimis magno vsui est memo-  
<sup>3</sup> ria rerum gestarum. Cuius de virtute quia  
 multi dixere, praetereundum puto <sup>4</sup>: simul  
 ne per insolentiam <sup>6</sup> quis existimet memet  
<sup>3</sup> studium meum laudando extollere. Atque  
 ego credo fore, qui, quia decreui procul a re-  
 publica <sup>8</sup> aetatem agere, tanto tamque utili la-  
 bori meo <sup>9</sup> nomen inertiae imponant; cer-  
 te <sup>10</sup>, quibus maxuma industria videtur, salu-  
 tare plebem <sup>11</sup>, & conuiuuiis gratiam <sup>12</sup> quae-  
<sup>4</sup> rere. Qui si reputauerint, & quibus ego  
 temporibus magistratum adeptus sum: & qua-  
 les <sup>14</sup> viri idem <sup>15</sup> adsequi nequiu-  
 erint: & post-  
 ea, quae genera hominum in senatum perue-  
 nerint; profecto existimabunt, me magis me-  
 rito <sup>16</sup>, quam ignauia, iudicium animi mei mu-  
 tauisse; maiusque commodum ex otio meo, quam  
<sup>5</sup> ex aliorum negotiis, reip. venturum <sup>17</sup>. Nam  
 saepe audiui, Q. Maximum, P. Scipionem,  
 praeterea ciuitatis nostrae praeclaros viros, soli-  
 tos

<sup>1</sup> Per ingenium. <sup>2</sup> narratio, historia. <sup>3</sup> praestantia.  
<sup>4</sup> arbitror non amplius a me esse dicendum. <sup>5</sup> simul  
 & eam ob causam. <sup>6</sup> ex aliqua animi superbia. <sup>7</sup>  
 me ipsum. <sup>8</sup> a magistratibus & officiis reipublicae. <sup>9</sup>  
 describendae historiae. <sup>10</sup> certe isti hoc facient. <sup>11</sup> vt  
 elus fauorem & suffragia in petitione magistratu-  
 um sibi acquirerent. <sup>12</sup> populi. <sup>13</sup> expenderint se-  
 cum. <sup>14</sup> quam egregii. <sup>15</sup> magistratum. <sup>16</sup> ex merito, quam ex-  
<sup>17</sup> ad rempublicam prouenire posse.

tos ita dicere: cum maiorum<sup>18</sup> imagines intue-  
rentur, vehementissime sibi animum ad virtutem  
accendi<sup>19</sup>; scilicet non ceram illam<sup>20</sup>, neque fi-  
guram tantam vim in sese habere, sed memoria<sup>21</sup>  
rerum gestarum<sup>22</sup> eam flammam<sup>23</sup> egregiis viris  
in pectore crescere, neque prius sedari, quam vir-  
tus eorum famam atque gloriam<sup>24</sup> adaequaue-  
rit. At contra quis est omnium his moribus<sup>25</sup>, 6  
quin diuitiis, & sumtibus, non probitate, neque  
industria, cum maioribus suis contendat<sup>26</sup>?  
etiam homines noui<sup>27</sup>, qui antea per virtutem  
soliti erant nobilitatem anteuenire<sup>28</sup>, furtim<sup>29</sup>,  
& per latrocinia potius, quam bonis artibus, ad  
imperia & honores nituntur<sup>30</sup>. Proinde<sup>31</sup> qua- 7  
si praetura, & consulatus, atque alia omnia<sup>32</sup> hu-  
iusmodi per se ipsa clara, & magnifica sint, ac  
non perinde habeantur<sup>33</sup>, vt<sup>34</sup> eorum, qui ea sus-  
tinent, virtus est. Verum ego liberius<sup>35</sup> altius- 8  
que processit, dum me ciuitatis<sup>36</sup> morum piget  
taedetque: nunc ad inceptum<sup>37</sup> redeo.

CA.

---

18 suorum. 19 impelli. 20 ex quo factae sunt imagi-  
nes. 21 per recordationem. 22 a maioribus suis. 23 ar-  
dorem ad virtutem. 24 maiorum suorum. 25 in tam  
corruptis moribus ciuitatis nostrae. 26 velit certare. 27  
qui nati ciues Romani non erant. 28 praecire. 29 per artes  
clandestinas & fraudulentas. 30 peruenire volunt. 31  
Ironia, *gerade als ob*. 32 officia. 33 aestimantur. 34  
qualis, quemadmodum. 35 oratione liberiori. 36 Roma-  
nae. 37 propositam meum.

## CAPVT V.

**1** Bellum scripturus sum, quod Populus R. cum  
 Jugurtha Rege Numidarum gessit: pri-  
 mum <sup>1</sup>, quia magnum & atrox, variaque victo-  
 ria <sup>2</sup> fuit: dein, quia tum primum <sup>3</sup> superbiae no-  
**2** bilitatis <sup>4</sup> obuiam itum est <sup>5</sup>. Quae contentio <sup>6</sup>  
 diuina & humana <sup>7</sup> cuncta permiscuit, eoque  
 vaecordiae <sup>8</sup> processit, vti studiis ciuilibus <sup>9</sup>  
**3** bellum atque vastitas Italiae finem facerent,  
 Sed priusquam huiuscemodi rei initium expe-  
 ditio <sup>10</sup>, pauca supra <sup>11</sup> repetam; quo, ad co-  
 gnoscendum <sup>12</sup>, omnia illustria magis magis-  
**4** que in aperto sint. Bello Punico secundo,  
 quo dux Carthaginensium Hannibal, post ma-  
 gnitudinem nominis Romani, Italiae opes <sup>13</sup>  
 maxime attriuerat <sup>4</sup>, Masinissa rex Numida-  
 rum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui  
 postea Africano cognomen ex virtute <sup>15</sup> fuit,  
 multa & praeclara rei militaris facinora fecerat:  
 ob quae <sup>16</sup>, victis Carthaginensibus, & capto  
 Syphace, cuius in Africa magnum atque late  
 im-

1 Primum quidem ideo. 2 ita vt modo Romani, mo-  
 do hostes vincerent. 3 tunc potissimum. 4 Romanae.  
 5 quasi obex & impedimentum positum est. 6 discor-  
 da. 7 iura. 8 & ad tantam perniciem. 9 discordiis  
 & vitis ciuium. 10 enarro. 11 alius paullo. 12 vt  
 illa, quae dicam, eo rectius possint cognosci. 13 potens-  
 tiam. 14 diminuerat, debilitauerat. 15 ob fortiter res  
 in Africa gessas. 16 facinora.

imperium valuit <sup>17</sup>, populus R. quacumque vr-  
bes & agros manu <sup>18</sup> ceperat, regi <sup>19</sup> dono dedit.  
Igitur amicitia Masiniffae bona <sup>20</sup> atque honesta <sup>5</sup>  
nobis permansit: sed imperii, vitaeque eius, finis  
idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus <sup>6</sup>  
obtenuit, Mastanabale, & Gulussa fratribus mor-  
bo absumtis. Is Atherbalem & Hiempfalem ex <sup>7</sup>  
sefe genuit; Iugurthamque filium Mastanabalis  
fratris, quem Masiniffa, quod ortus <sup>21</sup> ex concubi-  
na erat, priuatum <sup>22</sup> reliquerat, eodem cultu <sup>23</sup>,  
quo liberos suos domi habuit.

<sup>17</sup> potentissimum fuit, sese extendit. <sup>18</sup> armata.  
<sup>19</sup> Masiniffae. <sup>20</sup> utilis. <sup>21</sup> natus. <sup>22</sup> sine spe im-  
perii, als cinen appennagirtem Herrn. <sup>23</sup> educa-  
tione.

CAPVT VI.

**Q**VI, vbi primum adoleuit <sup>1</sup>, pollens viribus, <sup>1</sup>  
decora facie, sed multo maxime ingenio  
validus, non se luxui neque inertiae corruppen-  
dum dedit: sed vti mos gentis illius <sup>2</sup> est, equitare,  
iaculari, cursu cum aequalibus <sup>3</sup> certare: &  
cum omnes gloria <sup>4</sup> anteiret, omnibus tamen  
carus esse <sup>5</sup>: ad hoc, pleraque tempora in venan-  
do agere <sup>6</sup>; leonem atque alias feras primus,  
aut in <sup>7</sup> primis ferire: plurimum <sup>8</sup> facere, &  
mi-

<sup>1</sup> Adolescens factus est. <sup>2</sup> Africanas. <sup>3</sup> suis, qui e-  
iusdem cum ipso generis atque aetatis erant. <sup>4</sup> per  
gloriam. <sup>5</sup> coepit. <sup>6</sup> consumere. <sup>7</sup> inter primos. <sup>8</sup>  
plurima egregia facere.

- 2 minimum ipse de se loqui 9. Quibus rebus Micipsa, tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore: tamen postquam hominem 10 adolescentem, exacta aetate sua 11, & paruis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer eo negotio 12 permotus, multa cum animo suo voluebat 13.
- 3 Terrebat eum natura mortalium auida imperii, & praecipue 14 ad explendam animi cupidinem, praeterea, opportunitas suae 15 liberorumque aetatis, quae etiam mediocres 16 viros spe praedae transversos agit 17: ad hoc 18, studia Numidarum in Iugurtham accensa; ex quibus 19, si talem virum 20 dolis interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat 21.

9 ex aliqua ostentatione aut iactantia. 10 Iugurtham. 11 dum ipse iam senex erat, & filios adhuc parvos habebat. 12 per eam rem. 13 cogitabat. 14 quae facile impellitur. 15 suae senescantis, & liberorum iuuenilis adhuc aetatis. 16 mediocri fortunae. 17 impellit ad cupiditates varias. 18 fauorem. 19 studiis, caussis. 20 tam egregium virum Iugurtham. 21 verebatur, in metu erat.

## CAPVT VII.

- 1 His difficultatibus circumuentus 1, ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum 2 popularibus;

1 Circumdatus Micipsa, 2 gratum & charum.

bus 3; quod erat Iugurtha manu promptus, & ad-  
 petens gloriae militaris, statuit eum obiectare  
 periculis, & eo modo fortunam tentare. Igi- 2  
 tur bello Numantino ꝛ Micipsa, cum populo R.  
 equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans  
 vel ostentando ꝛ virtutem, vel hostium saeu-  
 tia 7 facile eum 8 occasurum 9, praefecit 10 Numi-  
 dis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res lon- 3  
 ge aliter, ac ratus 11 erat, euenit. Nam Iugurtha, 4  
 ut erat impigro atque acri ingenio, vbi 12 natu-  
 ram P. Scipionis, qui tum Romanis imperator  
 erat, & morem hostium cognouit: multo labore,  
 multaque cura, praeterea modestissime paren-  
 do 13, & saepe obuiam eundo periculis, in tantam  
 claritudinem 14 breui 15 pervenerat, vti nostris 16  
 vehementer carus, Numantinis maximo terro-  
 risset. Ac sane, quod difficillimum imprimis est, 5  
 & praelio strenuus erat, & bonus consilio: quo-  
 rum alterum 17 ex providentia 18 timorem, alte-  
 rum 19 ex audacia temeritatem adferre plerumque  
 solet. Igitur imperator 20 omnes fere res asperas 21 6  
 per Iugurtham agere 22, in amicis habere 23, magis  
 ma-

3. subditis, ciuibus 4. obicere. 5. Numantia vrbs  
 Hispaniae erat, quam illo tempore oppugnabant Ro-  
 mani. 6. si ostenderet Iugurtha fortitudinem suam.  
 7. per saenitiam. 8. Iugurtham. 9. periturum esse.  
 10. illum. 11. quam putabat. 12. postquam. 13. ius-  
 sibus Scipionis. 14. gloriam, famam. 15. tempore.  
 16. Romanis. 17. bonitas consilii. 18. *Vorsichtigkeit*.  
 19. strenuitas & fortitudo in praelio. 20. Scipio. 21.  
 difficiles. 22. coepit. 23. inter amicos suos pone-  
 re.

magisque eum indies amplecti <sup>24</sup>: quippe cuius neque consilium neque inceptum vllum frustra  
 7 erat. Huc accedebat munificentia <sup>25</sup> animi, & ingenii solertia: quibus rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

24. amare. 25. liberalitas.

## CAPVT VIII.

1 **E**A tempestate in exercitu nostro fuere complures noui <sup>1</sup>, atque nobiles, quibus diuitiae bono honestoque potiores erant <sup>2</sup>, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti, qui Iugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant <sup>3</sup>, si Micipsa rex occidisset <sup>4</sup>, fore, vti solus <sup>5</sup> imperio Numidiae potiretur: in ipso maxumam virtutem <sup>6</sup>; Romae omnia venalia esse <sup>7</sup>. Sed postquam, Numantia delata <sup>8</sup>, P. Scipio dimittere auxilia <sup>9</sup>, & ipse reuerti domum <sup>10</sup> decreuit: donatum, atque laudatum magnifice pro concione <sup>11</sup> Iugurtham in praetorium <sup>12</sup> adduxit, ibique secreto monuit: vti potius, publice, quam priuatim, amicitiam populi, R. coleret, neu quibus largiri infuesceret;,,  
 peri-

1. Noui homines, de quibus supra. 2. qui magis aestimabant diuitias, quam id, quod honestum ac bonum est. 3. instigabant, augebant. 4. moriretur. 5. Iugurtha. 6. esse. 7. Romae autem per pecuniam omnia posse impetrari. 8. cum vrbs Numantia delata esset. 9. copias auxiliares. 10. Romam. 11. praesentibus militibus. 12. *ins Hauptquartier*. 13. nec coleret solum illos, erga quos consueuisset liberalis esse. 14.

periculose a paucis emi, quod multorum, effret<sup>14</sup>. Si permanere vellet in suis artibus<sup>15</sup>, vltro illi & gloriam & regnum venturum<sup>16</sup>: „ sin properantius pergeret<sup>17</sup>, suamet<sup>18</sup> ipsum, pecunia præcipitem casurum<sup>19</sup>.

14. quod a multis, nempe a senatu, oportere accipere. 15. virtute ac fortitudine. 16. fore, vt vltro regnum accipiat. 17. ad occupandum, antequam tempus esset, imperium. 18. per suam propriam. 19. periturum esse.

CAPVT XI.

**S**ic locutus<sup>1</sup>, cum litteris eum, quas Micipsa<sup>2</sup> redderet, dimisit. Earum 2 sententia haec erat: *Iugurthae tuæ bello Numantino longe maxuma virtus fuit: quam rem tibi certe scio gaudio esse. Nobis ob merita sua carus est: vt idem 3 S. P. Q. R. 4 sit 5, summa ope uitemur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor. Ex habes virum dignum te, atque auo suo Masinissa. Igitur rex 6, vbi ea, quae fama 7 acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognouit, cum virtute, tum gratia viri<sup>8</sup> permotus, flexit animum suum<sup>9</sup>: & Iugurtham beneficiis vincere adgressus est, statimque eum adoptauit<sup>10</sup>, & testamen-*

E 2 to

1. Scipio. 2. litterarum. 3. Iugurtha. 4. Senatui Populoque Romano. 5. charus. 6. Micipsa. 7. per famam audierat. 8. cum ob virtutem, tum ob fauorem illum, quem apud Romanos Iugurtha sibi acquisuerat. 9. ab inuidia & odio ad amorem. 10. in filium.

to <sup>11</sup> pariter <sup>12</sup> cum filiis haerem instituit.  
 9 Sed ipse paucos post annos, morbo atque aetate confectus <sup>13</sup>, cum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram <sup>14</sup> amicis & cognatis, itemque Atherbale & Hiempale filiis <sup>15</sup>, dicitur huiusmodi verba cum Iugurtha habuisse:

11. facto. 12. pari iure. 13. debilitatus. 14. In praesentia amicorum & cognatorum. 15. suis.

## CAPVT X.

<sup>1</sup> **P**Aruum ego te, Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existumans non minus me tibi, quam se genuissem <sup>1</sup>, ob beneficia carum  
 2 fore: neque ea res falsum me habuit <sup>2</sup>. Nam, ut alia magna & egregia tua <sup>3</sup> omittam <sup>4</sup>, nouissime <sup>5</sup> rediens Numantia <sup>6</sup>, meque regnumque meum gloria honorauisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiae <sup>7</sup> renouatum est: postremo, quod difficillimum inter mortales  
 3 est, gloria <sup>8</sup> inuidiam vicisti. Nunc, quoniam mihi natura finem vitae facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo <sup>9</sup> obtestorque <sup>10</sup>, uti hos <sup>11</sup>, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas, neu malis alienos <sup>12</sup> adiungere, quam <sup>13</sup>

san-

1. Te. 2. & ea res me non decepit. 3. facinora. 4. silentio praetereram. 5. nuperrime. 6. a bello Numantino. 7. nostrae. 8. per gloriam tuam. 9. te. 10. vehementerque rogo. 11. filios meos. 12. peregrinos amicos tibi adiungere. 13. sed potius illos, qui tibi sanguine sunt coniuncti.

14.

sanguine coniunctos retinere<sup>14</sup>. Non exercitus, ne-  
 que thesauri, praesidia regni sunt, verum amici: quos  
 neque armis cogere, neque auro parare queas: officio  
 & fide pariuntur<sup>15</sup>. Quis autem amicior<sup>16</sup>, quam  
 frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis  
 hostis fueris? equidem ego regnum vobis trado fir-  
 mum<sup>17</sup>, si boni eritis; si mali<sup>18</sup>, imbecillum<sup>19</sup>. Nam  
 concordia<sup>20</sup> res paruae crescunt, discordia<sup>21</sup> maxime  
 dilabuntur<sup>22</sup>. Caeterum ante hos te, Iugurtha, quia  
 aetate & sapientia priores<sup>23</sup>, ne aliter quid eueniat<sup>24</sup>,  
 providere decet. Nam in omni certamine, qui opu-  
 lentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen quia plus  
 potest, facere<sup>25</sup> videtur. Vos autem, Atherbal & Hi-  
 empsal, colite<sup>26</sup>, obseruate<sup>27</sup> talem hunc virum<sup>28</sup>,  
 imitamini virtutem<sup>29</sup>, & enitimini, ne ego meliores  
 liberos sumsisse<sup>30</sup> videar, quam genuisse.

14. in amicitia tua. 15. parantur, acquiruntur amici.  
 16. esse potest. 17. bene confirmatum. 18. eritis.  
 19. erit regnum vestrum. 20. per concordiam. 21.  
 per discordiam. 22. pereunt. 23. antecedis meos  
 filios. 24. ne quid secus agatur, aut calamitas aliqua  
 regno vestro eueniat. 25. recte, & superare inferiores.  
 26. honorate. 27. diligite. 28. Iugurtham. 29. eius.  
 30. adoptasse.

CAPVT XI.

AD ea<sup>1</sup> Iugurtha, tametsi regem ficta<sup>2</sup> lo-  
 cutum<sup>3</sup> intelligebat, & ipse longe aliter a-  
 nimo

E 3

1. Ad hanc Micipsae orationem. 2. per dissimulationem  
 inuidiae suae atque odii erga Iugurtham. 3. esse haec.

4.

nimo agitabat <sup>7</sup>; tamen pro tempore <sup>5</sup> benigne  
<sup>2</sup> respondit. Micipsa paucis post diebus moritur.  
 Postquam illi <sup>6</sup> more regio iusta magnifice fece-  
 rant <sup>7</sup>, reguli <sup>8</sup> in vnum <sup>9</sup> conuenerunt, vt inter se  
<sup>3</sup> de negotiis <sup>10</sup> cunctis disceptarent. Sed Hiem-  
 psal, qui minimus ex illis <sup>11</sup> erat, natura <sup>12</sup> ferox,  
 etiam antea ignobilitatem Iugurthae, quia mater-  
 no genere impar erat <sup>13</sup>, despiciens <sup>14</sup>, dextera  
 Atherbalem adfedit <sup>15</sup>, ne medius ex tribus <sup>16</sup>,  
 quod <sup>17</sup> & apud Numidas honori ducitur, Iugur-  
<sup>4</sup> tha foret. Dein tamen, vt aetati concederet <sup>18</sup>,  
 fatigatus <sup>19</sup> a fratre, vix in partem alteram trans-  
<sup>5</sup> ductus est. Ibi cum multa de administrando  
 imperio differerent, Iugurtha inter alias res iacit  
<sup>20</sup>; oportere quinquennii consulta & decreta  
 omnia rescindi <sup>21</sup>. Nam per ea tempora  
 confectum annis <sup>22</sup> Micipsam parum animo  
<sup>6</sup> valuisse <sup>23</sup>. Tum idem <sup>24</sup> Hiempsal placere  
 sibi

4. cogitabat. 5. pro ratione & necessitate temporis.  
 6. Micipsae. 7. honorem sepulturae. 8. minores  
 principes regni, *die Land Staende*. 9. locum. 10. reg-  
 ni. 11. fratribus. 12. a natura. 13. natus quippe a  
 rege quidem, sed ex concubina. 14. contemnens. 15.  
 ad dextram fratris Atherbalis sedens. 16. fratribus,  
 17. qui locus medius etiam apud Numidas honorati-  
 or est. 18. vt Iugurthae cederet locum, tanquam seni-  
 ori. 19. multis precibus persuasus est a fratre. 20. pro-  
 ponit. 21. necesse esse omnino, vt ea deliberata & de-  
 creta omnia, quae intra proximos quinque annos fa-  
 cta essent, rescinderentur & abrogarentur. 22. iam  
 senescentem, adeoque ingenio debilitatum. 23. non  
 habuisse mentem integram. 24. hanc sententiam,

sibi respondit: nam ipsum illum tribus his proximis annis adoptione in regnum peruenisse 25. Quod verbum 26 in pectus Iugurthae altius 27, 7 quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo 8 tempore ira & metu anxius, moliri 28, parare, atque ea modo in animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt 29, neque lenitur animus ferox 30: statuit quouis modo inceptum 31 perficere.

25. quoniam ipse Iugurtha intra hos proximos tres annos ad regnum peruenit per adoptionem, adeoque, ipsomet indice, necesse esse, ut haec adoptatio rescindatur. 26. quae oratio. 27. profundius, maiori cum dolore. 28. coepit Iugurtha. 29. sed postquam consilia Iugurthae, de sustollendo Hiempsale, non statim procedunt. 30. Hiempsalis. 31. propositum suum.

CAPVT XII.

PRimo conuentu, quem ab regulis factum 1 supra memorauimus, propter dissensionem 1 placuerat diuidi thesauros 2, finesque imperii singulis 3 constitui. Itaque ad vtramque rem 4 tempus decernitur 5, sed maturius 6 ad pecuniam distribuendam; Reguli interea in loca propinqua thesauris 7 alius alio 8 concessere. Sed 3

E 4

Hiem-

1. Fratrum - 2. a Micipsa relictos. 3. fratribus. 4. perficiendam. 5. constituitur. 6. tempus citius constituitur. 7. in ea loca, quae propinqua erant iis locis, in quibus thesauri erant reconditi. 8. einer begab sich dahin, der andre dorthin.

9. casu

Hiempfal in oppido Thirmida forte <sup>9</sup> eius vtebatur domo, qui proximus lictor <sup>10</sup> Iugurthae, carus acceptusque ei semper fuerat: quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat <sup>11</sup>, impellitque, vti tamquam suam domum visens eat <sup>12</sup>: portarum claves adulterinas <sup>13</sup> paret; nam verae <sup>14</sup> ad Hiempfalem referebantur; caeterum, vbi res <sup>15</sup> postularet, se ipsum cum magna venturum manu <sup>16</sup>. Numida <sup>17</sup> mandata <sup>18</sup> breui <sup>19</sup> conficit: atque, vti doctus erat, noctu Iugurthae <sup>5</sup> lites introducit. Qui, postquam in aedes <sup>20</sup> irrupere, diuersi regem <sup>21</sup> quaerere <sup>22</sup>; dormientes <sup>23</sup> alios, alios occurrentes interficere: scrutari loca abdita, clausa <sup>24</sup> effringere, strepitu & tumultu omnia miscere: cum interim Hiempfal reperitur, occultans se tugurio <sup>25</sup> mulieris ancillae <sup>26</sup>, quo <sup>27</sup> initio pauidus, & ignarus loci profugerat. <sup>6</sup> Numidae caput eius <sup>28</sup>, vti iussi erant, ad Iugurtham referunt.

CA-

9. casu fortuito. 10. lictores erant, qui cum insignibus imperii, fascibus &c. Magistratum praebant; qui ergo proxime ante Magistratum ibat, is adpellabatur Proximus Lictor. 11. quem lictorem, cum casu fortuito accepisset Iugurtha tanquam opportunum Ministrum ad perficienda sua consilia, ipse persuadet magnis pollicitationibus. 12. vt eat in suam domum, quasi eam visere vellet. 13. falsche Nach-Schlüssel. 14. claves. 15. occasio. 16. armata. 17. lictor. 18. ea quae mandauerat Iugurtha. 19. tempore peragit. 20. vti Hiempfal erat. 21. Hiempfalem. 22. coeperunt. 23. eius ministros. 24. loca. 25. in humili ac vili casa. 26. quae ancilla erat. 27. quorsum. 28. Hiempfal.

.

## CAPVT XIII.

**C**Aeterum fama tanti facinoris per omnem  
 Africam breui diulgatur: Atherbalem, om-  
 nesque, qui sub Micipsae imperio fuerant, me-  
 tus inuadit: In duas partes discedunt Numidae;  
 plures Atherbalem sequuntur, sed illum alte-  
 rum bello meliores<sup>1</sup>. Igitur Iugurtha, quam<sup>2</sup>  
 maximas potest, copias armat: vrbes partim  
 vi, alias<sup>3</sup> voluntate<sup>3</sup> imperio suo adiungit:  
 omni<sup>4</sup> Numidiae imperare parat<sup>5</sup>. Atherbal,<sup>3</sup>  
 tametsi Romam legatos miserat, qui Senatum  
 docerent<sup>6</sup> de caede fratris, & fortunis suis:  
 tamen fretus multitudinis militum, parabat  
 armis contendere<sup>8</sup>. Sed vbi res ad certa-<sup>4</sup>  
 men venit, victus<sup>9</sup> ex praelio profugit in pro-  
 uinciam, ac dehinc Romam contendit<sup>10</sup>.  
 Tum Iugurtha patris consiliis<sup>11</sup>, postquam<sup>5</sup>  
 omni Numidia potiebatur<sup>12</sup>, in otio facinus  
 suum cum animo reputans, timere<sup>13</sup> populum  
 R. neque aduersus iram eius<sup>14</sup> vsquam, nisi in  
 auaritia nobilitatis<sup>15</sup> & pecunia sua, spem ha-  
 bere. Itaque, paucis diebus<sup>16</sup>, cum auro ar-<sup>6</sup>  
 gento-

E 5

gento-

1. Sed Iugurtham sequebantur illi, qui meliores e-  
 rant & magis exercitati in bello. 2. vrbes. 3. spon-  
 tanea deditio. 4. toti regno. 5. cupit. 6. Se-  
 natui narrarent. 7. de statu rerum suarum. 8. pu-  
 gnare cum Iugurtha. 9. Atherbal. 10. proficisci-  
 tur. 11. cum ad finem perduxisset sua consilia. 12. post-  
 quam nunc adeo occupauerat totam Numidiam. 13.  
 coepit. 14. populi Romani. 15. Romanae. 16. post  
 paucos dies.

- gentoque multo legatos Romam mittit: quos praecipit, ut primum veteres amicos<sup>17</sup> muneribus expleant<sup>18</sup>, dein novos<sup>19</sup> acquirant<sup>20</sup>, postremo, quemcumque possint largiundo parare<sup>21</sup>,
- 7 ne cunctentur<sup>22</sup>. Sed ubi Romam legati venerunt, & ex praecepto regis hospitibus<sup>23</sup>, aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat<sup>24</sup>, magna munera misere: tanta commutatio<sup>25</sup> incessit<sup>26</sup>, ut ex maxima invidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniret.
- 8 Quorum<sup>27</sup> pars spe<sup>28</sup>, alii praemio inducti, singulos ex senatu ambiundo<sup>29</sup> nitebantur<sup>30</sup>, ne grauius in eum consuleretur<sup>31</sup>. Igitur, ubi legati satis confidunt<sup>32</sup>, die constituto senatus utrisque datur<sup>33</sup>. Tum Atherbalem hoc modo locutum<sup>34</sup> accepimus:

17. suos. 18. exsatiarent. 19. amicos. 20. ad partes suas trahant, sibi obstrictos faciant. 21. ad se trahere per munera. 22. nullam moram faciant. *soltzen nichts verabsäumen.* 23. iis, qui cum Iugurtha habebant iura hospitii. 24. multum valebat. 25. animorum. 26. facta est. 27. nobilium. 28. munusculum. 29. rogando, aduendo. 30. operam omnem dabant. 31. ne durior sententia contra Iugurtham diceretur. 32. postquam legati putant, se posse satis rato causam Iugurthae defendere. 33. utrisque partibus dies certus constituitur in Senatu, ad causam suam agendam. 34. fuisse.

## CAPVT XIV.

P. C. Micipsa, pater meus, moriens mihi praecepit, ut regi Numidiae tantummodo

do procurationem existimarem meam<sup>1</sup>; ceterum ius  
 & imperium penes vos<sup>2</sup> esse: simul eniserer<sup>3</sup>, domi  
 militiaeque quam maximo usui esse<sup>4</sup> populo Rom. vos  
 mihi cognatorum, vos in locum affinium ducerem<sup>5</sup>: si  
 ea fecissem, in vestra amicitia exercitum, diuitias, mu-  
 nimenta regni me habiturum. Quae praecepta patris<sup>2</sup>  
 mei cum agitarem<sup>6</sup>, Iugurtha, homo omnium, quos ter-  
 ra sustinet<sup>7</sup>, scelevatissimus, contempto imperio vestro,  
 Masinissae me nepotem, utique ab stirpe<sup>8</sup> socium atque  
 amicum populi R. regno fortunisque omnibus<sup>9</sup> expulit.  
 Atque ego, P. C. quoniam eo miseriarum venturus<sup>3</sup>  
 eram<sup>10</sup>, vellem<sup>11</sup>, potius ob mea, quam ob maiorum  
 meorum beneficia, posse me a vobis auxilium pete-  
 re, ac maxime deberi mihi beneficia a populo  
 R.<sup>12</sup> quibus non egerem: secundum ea, si de-  
 sideranda evant, uti debitis uterer<sup>13</sup>. Sed<sup>4</sup>  
 quoniam parum tuta per se ipsa probitas est,  
 E 6 neque

1. Ut putarem, non ipsum imperium, sed tantum-  
 modo procurationem seu administrationem regni Nu-  
 midiae ad me pertinere. 2. in vestra potestate esse. 3.  
 operam darem. 4. quam maxime utilis essem. 5. ut  
 vos haberem in loco cognatorum & adfinium meorum.  
 6. exsequi vellem. 7. alit, qui in orbe terrarum vi-  
 vunt. 8. qui ab ipsa stirpe & genere meo sum socius  
 & amicus Populi Romani. 9. ex omnibus bonis ac pos-  
 sessionibus meis. 10. quoniam videbatur, ac si in tam  
 miserum statum deliciendus essem. 11. optarem qui-  
 dem. 12. ac maxime, ut ea beneficia mihi deberen-  
 tur a populo Romano. 13. secundum, quod optav-  
 i fuit, ut, si imo desideranda a vobis beneficia essent, his  
 sic uterer, tanquam quae mihi deberentur ex gratitu-  
 dine aliqua.

ad  
 ad  
 urtha  
 5. a-  
 nune-  
 nam  
 tham  
 satis  
 par-  
 suam

mibi  
 mo-  
 do

neque mihi in manu fuit <sup>14</sup>, Iugurtha qualis foret <sup>15</sup>; ad vos confugi, P. C. quibus, quod mihi miserrimum est <sup>16</sup>, cogor prius oneri, quam vsui <sup>17</sup> esse. Caeteri Reges, aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus <sup>18</sup> societatem vestram adpetuerunt; Familia nostra cum populo R. bello Carthaginensi amicitiam instituit <sup>19</sup>, quo tempore magis fides eius <sup>20</sup> quam fortuna petenda erat. Quorum progenies <sup>21</sup> Vos P. C. nolite pati, me, nepotem Masinissae <sup>22</sup> frustra a vobis auxilium petere. Si ad impetrandum <sup>23</sup> nihil causae haberem, praeter miserandam <sup>24</sup> fortunam: quod <sup>25</sup> paullo ante Rex, genere, fama <sup>26</sup>, atque copiis potens, nunc deformatus <sup>27</sup> aerumnis, inops, alienas opes <sup>28</sup> exspecto: tamen erat maiestatis populi R. <sup>29</sup> prohibere iniuriam: neque pati <sup>30</sup>, cuiusquam regnum per scelus crescere <sup>31</sup>. Verum ego iis finibus <sup>32</sup> eiectus sum, quos maioribus meis populus Rom. dedit, unde pater & avus meus una vobiscum expulere Syphacem, & Carthaginenses. Vestra beneficia mihi

14. in potestate mea situm non fuit. 15. ut perspicere possem, qualem animum Iugurtha habiturus esset. 16. quod mihi maxime dolendum est. 17. utilitati alteri. 18. in periculoso statu rerum suarum. 19. fecit. 20. populi Rom. 21. quorum posteri cum vos sitis. 22. auxilium. 23. commiseratione dignam. 24. quoniam ego, qui paullo ante fui. 25. gloria. 26. deformis factus propter aerumnas varias. 27. alienum auxilium. 28. tamen hoc etiam pertinebat ad laudem & maiestatem populi Rom. 29. concedere, geschehen lassen. 30. auferri. 31. ex finibus eius regni.

mibi erepta sunt, P. C. vos in mea iniuria despecti  
 estis 32. Eheu me miserum! buccine 33, Micipsa pa- 9  
 ter, beneficia tua evasere, uti 34, quem tu parem cum li-  
 beris tuis, regnique participem fecisti, is potissimum  
 stirpis tuae exstinctor sit? numquamne ergo familia  
 nostra quicta 35 erit? semperne in sanguine, ferro, fuga  
 versabimur 36? Dum Carthaginenses incolumes 37  
 fuere, iure omnia sacua 38 patiebamur: hostis ab late-  
 re, vos amici procul, spes omnis in armis erat. Post-  
 quam illa pestis 39 ex Africa eiecta est, laeti pacem agi-  
 tabamus 40: quippe queis hostis nullus erat, nisi forte  
 quem vos iussissetis 41. Ecce autem ex improvise lu- 11  
 gurtha intoleranda audacia, scelere, atque superbia sese  
 offerens, fratre meo, atque eodem propinquo 42 suo,  
 interfecto, primum regnum eius 43 scelevis sui praedam  
 fecit: post, ubi me iisdem dolis nequis capere, nihil  
 minus, quam vim, bellum expectantem 44, in imperio  
 vestro, sicut videtis, extorrem 45 patria, domo, inopem  
 & compertum miseriis efficit, ut ubiuis tutius,  
 quam in meo regno essem. Ego sic existumabam, 12  
 P. C. uti praedicantem 46 audiueram patrem  
 E 7 meum,

32. dum ego iniuria adfectus sum, vos simul despecti  
 estis a Iugurtha. 33. ad hunc tandem finem pervene-  
 runt. 34. ut is Iugurtha. 35. pace & tranquillitate  
 frui poterit. 36. manebimus. 37. potentes. 38. omnem  
 ab hostibus crudelitatem. 39. Carthaginensium do-  
 minatio. 40. habebamus. 41. esse nobis hostem. 42.  
 cognato. 43. fratris mei. 44. qui nihil minus ex-  
 spectabam, quam bellum aut vim. 45. eiectum. 46.  
 sapius dicentem. 47.

- meum, qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere 47, coeterum ex omnibus maxime tutos esse. Quod in familia vestra fuit 48, praesistit 49, ut in omnibus bellis adesset vobis: nos vii per otium tuti sumus, in manu vestra est, P. C. Pater vos duos fratres reliquit: tertium Iugurtham beneficiis suis ratus est 50 nobis coniunctum fore. Alter eorum 51 necatus 52: alter, ipse ego, manus impias 53 vix effugi. Quid agam? aut quo potissimum infelix accedam 54? generis 55 praesidia omnia exstincta sunt: pater, uti necesse erat, naturae concessit 56: fratri, quem minime decuit 57, propinquus per scelus vitam eripuit: ad fines, amicos, propinquos 58 caeteros meos, alium alia clades 59 oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti 60, pars bestiis obiecti sunt: pauci, quibus relicta est anima 61, clausi in tenebris cum moerore & luctu, morte grauiorem vitam exigunt 62. Si omnia, quae aut amisi, aut ex necessariis aduersa facta sunt 63, incolumia 64 manerent: tamen, si quid ex improviso mali 65 accidisset, vos implorarem, P. C.
- qui-

47. in se. 48. quod in potestate nostrae familiae fuit. 49. Pater meus. 50. putauit, credidit, 51. fratrum. 52. per Iugurtham fuit. 53. Iugurthae. 54. quorsum me vertam. 55. mei. 56. mortuus est. 57. is, quem minime decebat, tantum scelus facere. 58. cognatos. 59. calamitas. 60. crucis supplicio adfecti. 61. vita. 62. viuere coguntur. 63. aut quae aduersa mihi facta sunt, cum tamen deberent esse mihi coniunctissima. 64. in statu saluo. 65. aliqua calamitas. 66.

quibus pro magnitudine imperii, ius, & iniurias omnes, curae esse decet 66. Nunc vero exsul 67 patria domo 17 solus, atque omnium honestarum 68 rerum egens, quos accedam, aut quos adpellem? nationesne 69, an reges, qui omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam infestissimi sunt 70? an quoquam mihi adire licet 71, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? an quisquam vestri 72 misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Postremo, Messinissa nos ita instituit, 18 P. C. ne quem coleremus 73 nisi populum R. ne societates 74, ne foedera roua 75 acciperemus: abunde 76 magna praesidia nobis in vestra amicitia fore: si huic imperio 77 fortuna mutaretur, una 78 occidendum nobis esse. Virtute 79, ac diis volentibus 80, magni estis & 19 opulenti: omnia secunda 81, & obedientia sunt: quo 82 facilius sociorum iniurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos 83 priuata amici-20 tia Iugurthae, parum cognita 84, transuersos 85 agat: quos ego audio maxuma ope niti, ambire,

---

66. qui curare deberet & iura vestri imperii, & iniurias amicis ac sociis vestris illatas.  
 67. ego. 68. quibus Rex sine contentu dignitatis suae carere non potest. 69. nobis vicinas.  
 70. inimici. 71. an ego possum accedere in aliquam provinciam. 72. nostrae miseriae. 73. honoraremus. 74. alias, nouas. 75. cum aliis nationibus aut Regibus. 76. satis. 77. Romano. 78. simul etiam perendum. 79. per virtutem. 80. per deorum beneuolentiam. 81. felicia omnia, & vobis subiecta sunt. 82. & ideo. 83. ne quosdam. 84. quem tamen non satis cogitam habent. 85. ad alia consilia contra me impellat. 86.

re<sup>86</sup>, fatigare<sup>87</sup> vos singulos, ne quid de absente, 88  
incognita causa<sup>89</sup>, statuatis<sup>90</sup>: fingere me verba<sup>91</sup>,

21 & fugam simulare, cui licuerit in regno manere. Quod  
utinam illum, cuius impio facinore in has miseras pro-  
ieclus sum, eadem haec simulantem videam<sup>92</sup>: & ali-  
quando aut apud vos, aut apud deos immortales rerum  
humanarum cura oriatur: ut ille, qui nunc sceleribus  
suis ferox<sup>93</sup> atque praeclarus est, omnibus malis ex-  
cruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei  
necis<sup>94</sup>, mearumque miseriarum graves<sup>95</sup> poenas red-

22 dat. Iamiam frater, animo meo carissime, quam-  
quam tibi inmaturo<sup>96</sup>, & unde minime decuit, vita  
erepta est: tamen laetandum<sup>97</sup> magis, quam de-

23 lendum puto casum tuum. Non enim regnum,  
sed fugam, exilium, egestatem, & has omnes, quae  
me premunt, aerumnas cum anima<sup>98</sup> simul  
amissisti: at ego infelix in tanta mala praecipitatus,  
pulsus ex patrio regno, rerum humana-  
rum spectaculum praebere<sup>99</sup>: incertus quid agam,  
tuas-

---

86. alios rogare & ad partes Iugurthae trahere. 87. multis precibus persuadere. 88. Iugurtha. 89. nisi & ipse prius auditus esset. 90. decernatis. 91. me loqui figmenta, cum res longe aliter sese haberet. 92. utinam illum quoque videre possim in eodem statu, quo ego sum, & facile tunc ego etiam persuaderer, ipsum ita simulare, licet reuera pateretur aerumnas. 93. trotzig, superbus. 94. poenas ob necem fratris mei. 95. promeritas. 96. ante tempus, cum potuisses vivere diutius. 97. cum gaudio accipiendum. 98. vita. 99. me oportet esse spectaculum hominibus, ut in me cognoscant inconstantiam rerum humanarum.

tuasne iniurias persequar <sup>100</sup>, ipse auxilii egens; an regno consulam, cuius <sup>101</sup> vita necisque potestas ex opibus alienis <sup>102</sup> pendet. Utinam, emori fortunis meis <sup>24</sup> honestus exitus esses <sup>103</sup>: ne viuere contempsus viderer, si defessus malis <sup>104</sup>, iniuriae concessissem <sup>105</sup>. Nam <sup>25</sup> quoniam neque viuere lubet, neque mori licet sine dedecore, P. C. <sup>106</sup> per vos, per liberos, atque parentes vestros, per maiestatem populi R. subuenire misero mihi: ite obuiam iniuriae <sup>107</sup>: nolite pati, regnum Numidiae, quod vestrum est, per scelus & sanguinem <sup>108</sup> familiae nostrae tabescere <sup>109</sup>.

100. vltiscarne iniurias tibi illatas a Iugurtha.  
101. cum tamen potestas vitae & necis meae. 102. ex auxilio Romanorum dependeat. 103. utinam per mortem possem accipere honestum exitum miseriae meae. 104. per calamitates. 105. cedere cogerer Iugurthae, qui iniuriam mihi fecit. 106. rogo vos. 107. mihi illatae. 108. consanguineos. 109. interire, debilitari.

CAPVT XV.

Postquam Rex finem loquendi fecit, legati Iugurthae largitione <sup>1</sup> magis, quam causa <sup>2</sup> freti, paucis respondent: Hiempsalem, ob faeuitiam suam, ab Numidis interfectum <sup>3</sup>: Atherbalem vltro bellum inferentem <sup>4</sup>, postquam superatus sit <sup>5</sup>, queri, quod iniu-

1. Liberalitate sua, qua sibi multos fecerant amicos.  
2. bonitate causae. 3. fuisse. 4. Iugurthae. 5. in praelio.

iniuriam facere <sup>6</sup> nequisset: Iugurtham ab senatu petere, ne se alium putaret <sup>7</sup>, ac Numantiae <sup>8</sup> cognitus esset; neu verba inimici ante <sup>2</sup> facta sua poneret <sup>9</sup>. Deinde utriusque <sup>10</sup> curia <sup>11</sup> egrediuntur. Senatus statim consulitur; fautores legatorum, praeterea magna pars gratia deprauata <sup>12</sup>, Atherbalis dicta contemnere, Iugurthae virtutem laudibus extollere, gratia <sup>13</sup>, voce <sup>14</sup>, denique omnibus modis pro alieno <sup>15</sup> scelere & flagitio, sua <sup>16</sup> quasi pro gloria, nitentur <sup>17</sup>. At contra pauci, quibus bonum & aequum diuitiis carius erat <sup>18</sup>, subueniendum <sup>19</sup> Atherbali, & Hiempsalis mortem seuerè vindicandam <sup>20</sup>, censebant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, hominobilis, impiger, factiosus, audax potentiae, honoris, diuitiarum, caeterum vitia sua callide <sup>5</sup> occultans <sup>21</sup>. Is, postquam videt regis largitionem famosam <sup>22</sup> impudentemque: veritus, quod in tali re solet <sup>23</sup>, ne, polluta licentia <sup>24</sup>, inu-

---

6. Iugurthae. 7. ne crederet Senatus, suum animum alium nunc esse factum. 8. in oppugnatione Numantiae urbis. 9. rebus suis egregie gestis anteponerent. 10. utraque pars. 11. ex curia. 12. magna pars Senatorum, qui per fauorem erga Iugurtham erant deprauati. 13. fauore suo apud alios. 14. oratione, variis sermonibus. 15. pro defensione sceleris Iugurthae. 16. tanquam pro sua propria gloria. 17. contendebant, operam dabant. 18. qui amabant aequum & bonum prae diuitiis. 19. auxilium utique ferendum esse. 20. ulciscendam esse. 21. dissimulans. 22. turpem & infamem videri. 23. plerumque fieri. 24. commaculata Magistratum potestate.

inuidiam accenderet<sup>25</sup>: animum a consueta lu-  
bidine<sup>26</sup> continuit<sup>27</sup>.

25. auget. 26. auaritia. 27. abstinit, re-  
pressio.

CAPVT XVI.

Vicis<sup>1</sup> tamen in senatu pars illa, quae vero<sup>2</sup> **I**  
pretium<sup>3</sup> aut gratiam<sup>4</sup> anteferebat. Decre- **2**  
tum fit, vti decem legati regnum, quod Micipsa  
obtinuerat<sup>5</sup>, inter Iugurtham & Atherbalem di-  
viderent. Cuius legationis princeps<sup>6</sup> fuit L. O-  
pimius, homo clarus, & tum in senatu potens, qui  
consul, C. Graccho & M. Fuluius interfecit, acer-  
rime vindictam nobilitatis in<sup>7</sup> plebem exercue-  
rat. Eum Iugurtha, tametsi Romae in amicis ha- **3**  
buerat, tamen curatissime<sup>8</sup> recepit: dando, & pol-  
licendo multa, perfecit, vti<sup>9</sup> famae<sup>10</sup>, fidei, po-  
stremo omnibus suis rebus commodum<sup>11</sup> regis<sup>12</sup>  
anteferret. Reliquos legatos eadem via<sup>13</sup> adgres- **4**  
sus<sup>14</sup>, plerosque capit<sup>15</sup>: paucis carior fides<sup>16</sup>,  
quam pecunia fuit. In diuisione<sup>17</sup>, quae pars **5**  
Numidiae Mauritaniam attingit, agro virisque  
opulentior, Iugurthae traditur: illam alteram<sup>18</sup>,  
spe-

1. Tandem vero obtinuit victoriam. 2. veritati. 3.  
munera Iugurthae. 4. fauorem erga Iugurtham. 5.  
habuerat. 6. caput. 7. contra. 8. honore & ap-  
paratu exquisitissimo. 9. vt Opimius. 10. suae. 11.  
utilitatem. 12. Iugurthae. 13. per largitiones. 14.  
Iugurtha. 15. ad suas partes trahit. 16. conseruatio  
fidei & honestatis. 17. regni. 18. partem regni.

19.

specie<sup>19</sup>, quam vsu<sup>20</sup> potio<sup>21</sup>, quae portuo-  
fior<sup>22</sup>, & aedificiis magis exornata erat, Atherbal  
possedit.

19. dem Scheine nach, quoad magnitudinem. 20. utilitate, quoad reditus. 21. maiorem, praestantio<sup>rem</sup>. 22. plures portus habebat.

## CAPVT XVII.

**R**Es<sup>1</sup> postulare videtur, Africae situm paucis  
exponere, & eas gentes, quibuscum nobis  
bellum aut amicitia fuit, attingere<sup>2</sup>. Sed quae  
loca, & nationes ob calorem, aut asperitatem,  
item solitudines minus frequentata<sup>3</sup> sunt, de iis  
haud facile non compertum narrauerim<sup>4</sup>: caete-  
ra quam paucissimis absolua<sup>5</sup>. In diuisione  
orbis terrae plerique in parte<sup>6</sup> tertia Africam po-  
suere: pauci, tantummodo Asiam, & Europam  
esse, sed Africam in Europa<sup>7</sup>. Ea<sup>8</sup> fines habet  
ab occidente fretum nostri<sup>9</sup> maris & Oceani: ab  
ortu solis declivem<sup>10</sup> latitudinem: quem locum  
Catabathmon<sup>11</sup> incolae adpellant. Mare sae-  
uum, importuosum<sup>12</sup>. Ager frugum fertilis,  
bonus pecori<sup>13</sup>, arbori infecundus<sup>14</sup>: caelo, terra-  
que

1. Occasio. 2. describere. 3. non adeo frequen-  
ter habitata. 4. de iis non temere narrabo, quae fa-  
tis comperta non sunt. 5. describam. 6. orbis. 7.  
esse putarunt. 8. Africa. 9. Italici. 10. abbaengig.  
11. hoc est, praecipitem descensum. 12. ex illo latere  
mare est saenum, & istius ideo non habet multos por-  
tus. 13. ad alendum pecus. 14. nullas fert arbo-  
res.

que penuria aquarum: genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque fenectus dissoluit<sup>15</sup>, nisi, qui ferro, aut a bestiis interiere. Nam morbus haud saepe quemquam superat<sup>16</sup>; ad hoc malefici<sup>17</sup> generis plurima animalia<sup>18</sup>. Sed qui mortales initio Africam habuerint<sup>19</sup>, quique postea accesserint, aut quo modo inter se permixti sint: quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet<sup>20</sup>, diversum est<sup>21</sup>, tamen, ut<sup>22</sup> ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est<sup>23</sup>, utique<sup>24</sup> rem sese habere, cultores<sup>25</sup> eius terrae putant: quam paucissimis dicam; caeterum fides eius<sup>26</sup> rei penes auctores erit.

15. mori facit. 16. interficit, consumit. 17. noxii. 18. sunt in Africa. 19. incoluerint. 20. quas plerorumque animos occupavit. 21. dissentit. 22. quemadmodum. 23. accepimus. 24. omnino, ex veritate. 25. incolas. 26. huius narrationis.

CAPVT XVIII.

**A**fricam initio habuere<sup>1</sup> Gaetuli, & Libyas, asperi, incultique<sup>2</sup>: queis cibus erat caro ferina<sup>3</sup>, atque humi pabulum<sup>4</sup>, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coegerat, sedes habebant<sup>5</sup>. Sed post<sup>6</sup>.

1. Possederunt. 2. horridi populi. 3. Wildpret. 4. & qui gramine vel aliis terrae frugibus vescabantur. 5. dispersi passim vagantes. 6. has occupabant sedes, in quas venerant singulis noctibus.

7. Her.

ortuo-  
aerbal

villi-  
orem.

paucis  
nobis  
quae  
atem,  
de iis  
caete-  
ssione

n po-  
pam  
nabet  
i: ab  
cum  
e fae-  
tilis,  
erra-  
que

quen-  
e fa-  
7.

ngig.  
atere  
por-  
arbo-

15.

postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interit: exercitus eius, compositus ex gentibus variis, amisso duce 7, ac passim multis sibi quisque imperium petentibus 8, breui dilabitur 9. Ex eo numero Medi, Persae & Armenii, nauibus in Africam transuerti, proximos nostro 10 mari locos occupauere. Sed Persae intra Oceanum magis: hique alveos 11 nauium inuersos pro tuguriis 12 habuere: quia neque materia 13 in agris, neque ab Hispanis emundi aut mutandi 14 copia 15 erat. Mare magnum, & ignara lingua 16 commercia 17 prohibebant, Hi paullatim per connubia Gaetulos secum miscuere: & quia saepe tentantes 18 agros, alia, deinde alia loca petiuerant 19, semetipsi Numidas 20 appellauere. Ceterum adhuc 21 aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi 22 vocant, oblonga, incuruis lateribus facta, quasi nauium 9 carinae sunt. Medis autem & Armenis accessere Libyes: nam hi propius mare Africum agitant 23, Gaetuli sub sole 24 magis, haud procul

7. Hercule mortuo. 8. occupantibus. 9. dispersi-  
ent. 10. Italico. 11. *das Tiefe der Schiffe*. 12. domibus,  
*Hütten*. 13. lignum ad aedificandum, *Baubolz*. 14. li-  
gnum pro aliis mercibus. 15. occasio, facultas.  
16. ignota aliis gentibus Medorum & Persarum lingua. 17. exercere cum Hispania. 18. dum modo ad hunc, quod ad alium agrum progrediuntur. 19. profecti erant. 20. *ἀπὸ τῆς νῆμας*, a diuidendo, distribuendo, colendo, pascendo. 21. nostro adhuc tempore. 22. Numidae. 23. habitabant. 24. in iis locis, in quibus Sol frequentior est. 25.

cul  
bue  
tare  
rum  
ra  
Sed  
eane  
a pa  
quae  
latu  
mos  
gere  
gis  
quia  
si 19  
Nun  
nom  
2  
fretu  
29. i  
aus,  
Nam  
36. d  
effec  
hi n  
qui n  
dider

PO  
m

1.  
ent.

cul ab ardoribus <sup>25</sup>. hique mature oppida habuere: nam, freta <sup>26</sup> diuisi ab Hispania, mutare res <sup>27</sup> inter se instituerant. Nomen eo-  
 rum paulatim Libyes corrumpere <sup>28</sup>, barbara <sup>29</sup> lingua Mauros pro Medis adpellantes. Sed res <sup>30</sup> Persarum breui adoleuit <sup>31</sup>, ac post-  
 eanomine Numidae <sup>32</sup>, propter multitudinem a parentibus <sup>33</sup> digressi, possedere <sup>34</sup> ea loca, quae proxuma Carthaginem <sup>35</sup> Numidia adpellatur. Deinde, vtrique alteris freti <sup>36</sup>, finiti-  
 mos armis, aut metu sub imperium suum coëgere, nomen gloriamque sibi addidere <sup>37</sup>; magis hi, qui ad nostrum mare processerant <sup>38</sup>, quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicosi <sup>39</sup>: denique Africae pars inferior pteraque ab Numidis possessa <sup>40</sup> est: victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere <sup>41</sup>.

25. vehementissimis Solis ardoribus. 26. per fretum. 27. merces suas. 28. mutauerunt. 29. in. 30. status, regnum, potentia. 31. auctus, maior factus est. 32. ii, qui appellabantur Numidae. 33. suis. 34. occupauerunt. 35. urbem. 36. dum vtraque gens mutuo auxilio nitebatur. 37. effecerunt. 38. habitationes suas extenderant. 39. hi magis fuerunt bellicosi, quia Libyes, quam Gaetuli, qui minus erant bellicosi. 40. occupata. 41. se tradiderunt.

CAPVT XIX.

POSTea Phoenices, alii multitudinis domi-  
 minuendae gratia, pars imperii cupidine fo-  
 lici-

1. Domesticac, vt multitudo hominum diminuerentur. 2.

licitata plebe <sup>2</sup>, & alii nouarum rerum <sup>3</sup> auidi, Hipponem, Adrimetum, Leptim, aliasque vrbes in ora maritima <sup>4</sup> condidere <sup>5</sup>: eaeque breui multum auctae, pars originibus <sup>6</sup> suis praesidio, <sup>2</sup> aliae decori <sup>7</sup> fuere. Nam de Carthagine filere melius puto, quam parum <sup>8</sup> dicere: quoniam alio <sup>3</sup> <sup>9</sup> properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit <sup>10</sup>, secundo <sup>11</sup> mari prima <sup>12</sup> Cyrene est, colonia <sup>13</sup> Thereon, ac deinceps duae Syrtes <sup>14</sup>, interque eas Leptis <sup>15</sup>, deinde Philenorum arae: quem locum, Aegyptum versus, finem imperii <sup>16</sup> habuere Carthaginenses, post <sup>17</sup> aliae Punicae vrbes. Caetera loca vsque ad Mauritaniam Numidae tenent <sup>18</sup>. Proxume Hispaniam Mauri sunt. Super Numidiam Gaetulos accepimus <sup>19</sup>, partim in tuguriis, alios incultius <sup>20</sup> vagos agitare <sup>21</sup>, <sup>6</sup> Post eos Aethiopas esse <sup>22</sup>: dein loca exusta <sup>7</sup> solis ardoribus. Igitur Bello Iugurthino pleaque ex Punicis oppida, & fines Carthaginensium, quos nouissime <sup>23</sup> habuerant, populus R. per magistratus <sup>24</sup> administrabat: Gaetulorum

2. dum sollicitarunt plebem ad seditionem. 3. mutandæ reipublicae. 4. an der Seeküste. 5. extruxerunt. 6. conditoribus. 7. ornamento. 8. non satis, nimis pauca. 9. ad alia. 10. separat. 11. das Meer hinabwärts. 12. vrbs. 13. noua vrbs. 14. Klippen, insulae salebrosae. 15. vrbs. 16. sui. 17. post Carthaginenses. 18. habitant. 19. audiuimus. 20. adhuc minori cultu viuentes. 21. circumbagari. 22. habitare. 23. vltimis temporibus. 24. suos, Praefatos. 25.

Ioru  
que  
om  
me  
bis  
Afr  
26 d  
25  
&um  
Iugu

P  
mi  
ratu  
per  
run  
ant  
Ath  
bel  
tus  
iur  
Igi

1  
no  
7 e  
cup  
13  
inf

Iorum magna pars, & Numidae ad flumen vs-  
que Mulucham, sub Iugurtha erant: Mauris  
omnibus rex Bocchus imperitabat: praeter no-  
men, caetera ignarus populi Rom. <sup>25</sup> itemque no-  
bis neque bello, neque pace antea cognitus. De <sup>3</sup>  
Africa, & eius incolis, ad necessitudinem rei satis  
<sup>26</sup> dictum.

<sup>25</sup> Bocchus nihil audierat de Romanis. <sup>26</sup> satis di-  
ctum sit, quantum necessarium fuit ad intelligendam Belli  
Iugurthini in Africa gesti historiam.

CAPVT XX.

POSTquam, diuiso regno, legati <sup>1</sup> Africa <sup>2</sup> <sup>1</sup>  
decessere, & Iugurtha contra timorem ani-  
mi praemia sceleris adeptum <sup>3</sup> sese videt: certum  
ratus <sup>4</sup>, quod ex amicis apud Numantiam <sup>5</sup> acce-  
perat <sup>6</sup>, omnia Romae venalia esse, simul <sup>7</sup> illo-  
rum pollicitationibus accensus <sup>8</sup>, quos paullo  
ante muneribus expleuerat <sup>9</sup>: in regnum  
Atherbalis animum <sup>10</sup> intendit. Ipse <sup>11</sup> acer, <sup>2</sup>  
bellicosus: at is <sup>12</sup>, quem petebat <sup>13</sup>, quietus,  
imbellis, placido ingenio, opportunus in-  
iuriæ <sup>14</sup>, metuens magis, quam metuendus.  
Igitur ex improviso fines eius <sup>15</sup> cum magna <sup>3</sup>  
ma-

<sup>1</sup> Romanorum. <sup>2</sup> ex. <sup>3</sup> esse. <sup>4</sup> iam putabat on-  
nino certum esse. <sup>5</sup> in bello Numantino. <sup>6</sup> intellexerat.  
<sup>7</sup> etiam. <sup>8</sup> instigatos. <sup>9</sup> exsatiauerat, donauerat. <sup>10</sup>  
cupiditatem suam direxit. <sup>11</sup> Iugurtha. <sup>12</sup> Atherbal.  
<sup>13</sup> quem volebat bello adgredi. <sup>14</sup> cui facile poterat  
inferri iniuria. <sup>15</sup> Atherbalis.

manu<sup>16</sup> inuadit: multos mortales cum pecore, atque alia praeda capit: aedificia incendit, plera-  
 4 que hostiliter loca cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum conuertit<sup>17</sup>, existumans, dolore permotum Atherbalem iniurias suas<sup>18</sup> manu<sup>19</sup> vindicaturum, eam-  
 5 que rem belli causam fore. At ille<sup>20</sup>, quod neque se parem armis existumabat, & amicitia populi R. magis, quam Numidis<sup>21</sup> fretus erat: legatos ad Iugurtham de iniuriis questum<sup>22</sup> misit; qui<sup>23</sup> tametsi contumeliosa dicta<sup>24</sup> retulerant<sup>25</sup>, prius tamen omnia pati decreuit<sup>26</sup> quam bellum sumere<sup>27</sup>: quia tentatum antea secus cels-  
 6 ferat<sup>28</sup>. Neque eo magis<sup>29</sup> cupido Iugurthae minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat<sup>30</sup>. Itaque non, vt antea, cum praedatoria manu<sup>31</sup>, sed magno exercitu comparato, bellum gerere coepit, & aperte totius  
 8 Numidiae imperium petere. Caeterum, quae<sup>32</sup> pergebat, vrbes, agros vastare<sup>33</sup>, praedas agere, suis animum<sup>34</sup>, hostibus terrorem augere.

CA.

16 armata. 17 rediit. 18 sibi illatas. 19 armata. 20 Atherbal. 21 suis ciuibus. 22 qui conque-  
 ferentur. 23 legati. 24 verba. 25 ab Iugurtha. 26 Atherbal. 27 arripere. 28 quia bellum antea tentatum habuerat infelicem euentum. 29 & ideo tamen non minuebatur. 30 occupauerat. 31 *mit einer auber-Rosse*. 32 vbiicumque proficiscebatur Iugurtha. R coepit. 33 *Musb.*

## CAPVT XXI.

**A**Therbal, vbi intelligit eo processum <sup>1</sup>, vti regnum aut relinquendum esset, aut armis <sup>2</sup> retinendum <sup>3</sup>: necessario <sup>4</sup> copias parat, & Iugurthae obuius <sup>5</sup> procedit. Interim haud longe a <sup>6</sup> mari prope Cirtam oppidum vtriusque <sup>6</sup> confedit <sup>7</sup> exercitus: & quia diei extremum <sup>8</sup> erat, praelium non inceptum <sup>9</sup>; sed vbi plerumque noctis <sup>10</sup> processit, obscuro etiam tum lumine <sup>11</sup>, milites Iugurthini, signo lato, castra hostium invadunt; semisomnos <sup>12</sup> partim, alios arma sumentes <sup>13</sup> fugant funduntque <sup>14</sup>: Atherbal cum paucis equitibus Cirtam <sup>15</sup> profugit: & ni multitudo togatorum <sup>16</sup> fuisset, quae Numidas insequentes moenibus <sup>17</sup> prohibuit, vno die inter duos reges coeprum atque patratum <sup>18</sup> foret bellum. Igitur Iugurtha oppidum circum <sup>19</sup> sedit <sup>19</sup>: vineis <sup>20</sup>, turribusque & machinis <sup>21</sup> omnium generum expugnare adgreditur <sup>22</sup>: maxime festinans tempus legatorum

F 2

an.

<sup>1</sup> Postquam intelligit, quod res eo deducta esset. <sup>2</sup> per arma. <sup>3</sup> defendendum. <sup>4</sup> necessitate coactus. <sup>5</sup> obvium in bello, cum exercitu. <sup>6</sup> partis. <sup>7</sup> castra posuit. <sup>8</sup> finis aderat. <sup>9</sup> fuit. <sup>10</sup> pleraque pars noctis abiit. <sup>11</sup> diei orientis. <sup>12</sup> halb-schlaffend. <sup>13</sup> arripientes. <sup>14</sup> in fugam conciliunt prostrantque. <sup>15</sup> oppidum. <sup>16</sup> Italicorum, qui in hoc oppido vivebant aut mercandi aut militandi gratia. <sup>17</sup> a moenibus oppidi. <sup>18</sup> finitum. <sup>19</sup> oppugnauit. <sup>20</sup> *Sturm Daecher*. <sup>21</sup> bellicis variis. <sup>22</sup> incipit.

23

4 antecapere <sup>23</sup> quos ante praelium factum Romam ab Atherbale missos <sup>24</sup> audiuerat. Sed postquam senatus de bello eorum accepit <sup>25</sup>, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant; S. P. Q. R. <sup>26</sup> verbis nuncient: velle, & censere <sup>27</sup>, eos <sup>28</sup> ab armis discedere; ita seque illisque dignum esse <sup>29</sup>.

<sup>23</sup> vt oppidum occupare possit, antequam legati Romanorum adueniant. <sup>24</sup> fuisse. <sup>25</sup> nuntium. <sup>26</sup> & hisdem nuncient nomine Senatus Populique Romani. <sup>27</sup> Senatorem. <sup>28</sup> regem verumque. <sup>29</sup> sic enim decorum esse, & Senatui & Regibus.

## CAPVT XXII.

1 **L**egati in Africam maturantes <sup>1</sup> veniunt, eo magis, quod <sup>2</sup> Romae, dum proficisci parant <sup>3</sup>, de praelio facto & oppugnatione Cirtae <sup>4</sup> audiebatur. Sed is rumor clemens <sup>5</sup> erat.

2 Quorum <sup>6</sup> Iugurtha accepta <sup>7</sup> oratione respondit: *sibi neque maius quidquam, neque cavius auctoritate <sup>9</sup> senatus esse: ab adolescentia sua ita se enisum <sup>9</sup>, vt ab optimo quoque probaretur <sup>10</sup>: virtute, non malitia <sup>11</sup>, P. Scipioni, summo viro, placuisse <sup>12</sup>: ob easdem artes <sup>13</sup> a Micipsa, non penuria <sup>14</sup> liberorum, in regnum adoptatum*

<sup>1</sup> Iter sumum celeriter perficientes. <sup>2</sup> quoniam. <sup>3</sup> dum praeparant sese ad iter. <sup>4</sup> oppidi. <sup>5</sup> nempe, quod oppidum nondum esset expugnatum. <sup>6</sup> legatorum. <sup>7</sup> audita. <sup>8</sup> quam auctoritas & mandatum. <sup>9</sup> in id omnem operam cōllocasse. <sup>10</sup> laudaretur. <sup>11</sup> per virtutem suam, non autem per malitiam. <sup>12</sup> se. <sup>13</sup> virtutem & prudentiam. <sup>14</sup> ob penuriam liberorum, cum Micipsa haberet duos filios.

sum <sup>15</sup> esse. Caeterum, quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare <sup>16</sup>. Atherbalem dolis <sup>17</sup> vitae suae insidiarum <sup>18</sup>: quod ubi comperisset, sceleri obviam isse <sup>19</sup>: populum R. neque velle, neque pro bono <sup>20</sup> facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit <sup>21</sup>: postremo, de omnibus rebus legatos Romanam brevi missurum <sup>22</sup>. Ita utriusque <sup>23</sup> digrediuntur: Atherbalis appellandi copia non fuit <sup>24</sup>.

<sup>15</sup> se. <sup>16</sup> eo minus tolerare se posse ab aliis iniuriam. <sup>17</sup> per varias insidias. <sup>18</sup> fuisse. <sup>19</sup> se, ut illud impediret. <sup>20</sup> ex commodo suo. <sup>21</sup> si prohibere ipsum vellet ab usu iuris gentium. <sup>22</sup> esse se. <sup>23</sup> legati. <sup>24</sup> occasionem adloquendi Atherbalem non habuerunt.

CAPVT XXIII.

Ivgurtha ubi eos <sup>1</sup> Africa <sup>2</sup> decessisse ratus est, <sup>1</sup> neque propter loci naturam <sup>3</sup> Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa moenia circumdat: turres extruit, easque praefidiis firmat: praeterea dies noctesque, aut per vim aut dolis tentare <sup>4</sup>: defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare: suos hortando ad virtutem arrigere <sup>5</sup>: prorsus intentus cuncta parare <sup>6</sup>. Atherbal ubi intelligit, <sup>2</sup> omnes fortunas suas in extremo <sup>7</sup> fitas <sup>8</sup>, hostem infestum <sup>9</sup>, auxilii spem nullam, penuria <sup>10</sup>

F 3

re-

<sup>1</sup> Legatos Romanorum. <sup>2</sup> ex. <sup>3</sup> situm. <sup>4</sup> oppidum coepit. <sup>5</sup> excitare. <sup>6</sup> omni studio. <sup>7</sup> periculo. <sup>8</sup> esse. <sup>9</sup> sibi esse. <sup>10</sup> ob penuriam.

rerum necessarium bellum trahi <sup>11</sup> non posse: ex  
iis, qui una <sup>12</sup> Cirtam profugerant, duos maxu-  
me impigros <sup>13</sup> delegit: eos, multa pollicendo <sup>14</sup>,  
ac miserando <sup>15</sup> casum suum, confirmat <sup>16</sup>, uti  
per hostium munitiones noctu ad proximum  
mare, dein Romam pergerent <sup>17</sup>.

## CAPVT XXIV.

<sup>1</sup> **N**Vmidae paucis diebus iussa efficiunt; litte-  
rae Atherbalis in senatu recitatae <sup>18</sup>; qua-  
rum sententia haec fuit:

<sup>11</sup> diutius. <sup>12</sup> simul secum. <sup>13</sup> strenuos. <sup>14</sup> multis  
pollicitationibus. <sup>15</sup> commouendo illos ad commiserationem  
miseriae suae. <sup>16</sup> hortatur, persuadet. <sup>17</sup> proficiscerentur.  
<sup>18</sup> fuerunt.

- <sup>2</sup> *Non mea culpa <sup>1</sup> saepe ad vos oratum <sup>2</sup> misit, P. C. sed vis Iugurthae subigit <sup>3</sup>, quem tanta  
lubido <sup>4</sup> me extinguendi inuasi, uti neque vos,  
neque deos immortales in animo habeat <sup>5</sup>: sanguinem  
meum, quam omnia <sup>6</sup>, malit <sup>7</sup>. Itaque quintum  
iam menssem socius & amicus populi R armis  
obsessus teneor: neque mihi Micipsae patris mei beneficia,  
neque vestra decreta auxiliantur <sup>8</sup>: ferro,  
<sup>4</sup> au fame acrius urgear <sup>9</sup>, incertus sum. Plura de  
Iugurtha scribere debortatur me fortuna mea <sup>10</sup>; etiam  
antea expertus sum, parum fidei miseris <sup>11</sup> esse.*

<sup>1</sup> Per meam culpam. <sup>2</sup> ad orandum. <sup>3</sup> cogit me.  
<sup>4</sup> cupiditas. <sup>5</sup> consideret, aestimet. <sup>6</sup> alia. <sup>7</sup> veque  
malit. <sup>8</sup> auxilium possunt praestare. <sup>9</sup> premario  
miserabili status rerum mearum. <sup>11</sup> quod miseria  
raro credatur.

esse.  
sum,  
regna  
mes,  
Hiem  
expulsi  
ad vo  
tenet  
stis, c  
quant  
est rel  
Nam  
quae  
potius  
Sed q  
rum c  
rumm  
corpo  
strum  
piis e  
fidem  
Masin

<sup>12</sup> i  
ter ne  
ches v  
<sup>15</sup> atti  
cogi p  
quam  
habere  
ostend  
precon  
rogo v

esse. Nisi tamen intelligo illum, supra quam ego 5  
 sum, petere<sup>12</sup>, neque simul amicitiam vestram, &  
 regnum meum sperare: virum grauius<sup>13</sup> existu-  
 mes, nemini occultum est. Nam initio occidit<sup>14</sup> 6  
 Hiempsalem fratrem meum: dein patrio regno me  
 expulsi. Quae sane fuerint nostrae iniuriae, nihil 7  
 ad vos<sup>15</sup>. Verum nunc regnum vestrum armis  
 tenet<sup>16</sup>: me, quem vos imperatorem Numidis posui-  
 stis, clausum tenet atque obsidet: legatorum verba  
 quanti<sup>17</sup> fecerit, pericula mea declarant. Quid 8  
 est reliquum, nisi vis vestra, quo<sup>18</sup> moueri possis?  
 Nam ego quidem vellem, & haec quae scribo, & illa  
 quae antea in senatu questus sum, vana<sup>19</sup> forent  
 potius, quam miseria mea fidem verbis faceres<sup>20</sup>:  
 Sed quoniam eo<sup>21</sup> natus sum, ut Iugurthae scelerum  
 ostentui essem<sup>22</sup>: non iam mortem, neque ae-  
 rumnas, tantummodo inimici imperium, & cruciatus  
 corporis<sup>23</sup> deprecor<sup>24</sup>. Regno Numidiae, quod ve- 9  
 strum est, uti libet<sup>25</sup>, consulite: me ex manibus im-  
 piis eripite, per maiestatem imperii, per amicitiae  
 fidem<sup>26</sup>; si vlla apud vos memoria remanet aui mei  
 Masinissae.

F 4

CA-

<sup>12</sup> nisi quod tamen id intelligo, quod Iugurtha prae-  
 ter me etiam aliquid maius adhuc desideret. <sup>13</sup> wils-  
 ches von beyden er vor wichtiger halte. <sup>14</sup> interfecit.  
<sup>15</sup> attinet. <sup>16</sup> occupauit. <sup>17</sup> quam parui. <sup>18</sup> per quam  
 cogi possit ad pacem seruandam. <sup>19</sup> inania, falsa. <sup>20</sup>  
 quam ut miseria mea efficere deberet, ut verbis meis fidem  
 habere velletis. <sup>21</sup> tam infelicitet. <sup>22</sup> ut cogar in me  
 ostendere atque experiri scelera Iugurthae. <sup>23</sup> mei. <sup>24</sup>  
 precor ut remoueatis a me. <sup>25</sup> pro lubitu vestro, <sup>26</sup>  
 rogo vos.

## CAPVT XXV.

1 **H**is litteris recitatis, fuere <sup>1</sup> qui exercitum in  
 Africam mittendum censerent, & quam pri-  
 mum Atherbali subueniendum <sup>2</sup>: de Iugurtha  
 interim vti consuleretur <sup>3</sup>, quoniam legatis non  
 2 paruisset. Sed ab iisdem illis regis fautoribus  
 summa ope enisum <sup>4</sup>, ne tale decretum fieret.  
 3 Ita bonum publicum <sup>5</sup>, vt in plerisque negotiis  
 4 solet, priuata gratia deuictum <sup>6</sup>. Legantur <sup>7</sup> ta-  
 men in Africam maiores natu nobiles, amplis  
 honoribus vsi <sup>8</sup>: in quibus fuit M. Scaurus, de  
 quo supra memorauimus, consularis <sup>9</sup>, & tum <sup>10</sup>  
 5 senatus princeps <sup>11</sup>. Hi, quod in inuidia res  
 erat <sup>12</sup>, simul & a Numidis obsecrari <sup>13</sup>, triduo <sup>14</sup>  
 nauim adscendere: dein breui Vticam <sup>15</sup> ad-  
 pulsus, litteras ad Iugurtham mittunt, quam o-  
 cillume <sup>16</sup> ad provinciam <sup>17</sup> accedat; se ad eum  
 6 ab senatu missos <sup>18</sup>. Ille <sup>19</sup> vbi accepit, homi-  
 nes claros, quorum auctoritatem Romae pol-  
 lere <sup>20</sup> audiuerat, contra inceptum suum <sup>21</sup>

ve-

1 Aliqui in Senatu. 2 auxilium ferendum esse. 3 de-  
 liberaretur. 4 omnia opera data fuit. 5 utilitas repu-  
 blicae. 6 per priuatum fauorem & priuatum aliquorum  
 pecunia Iugurthae corruptorum utilitatem superata & im-  
 pedita fuit. 7 ablegantur. 8 qui functi erant summis  
 in republica officiis. 9 qui iam Consul fuerat. 10 illo  
 tempore. 11 praecipuus in Senatu. 12 quoniam res &  
 consilia Iugurthae exosa erant. 13 simul etiam, quia a  
 legatis Atherbali vehementer rogabantur. 14 intra tri-  
 duum. 15 ad urbem Africae Vticam. 16 vt quam celer-  
 rime. 17 Numidiam. 18 esse. 19 Iugurtha. 20 ma-  
 gnam esse. 21 consilia sua.

veni  
 diuo  
 ni pa  
 cus a  
 in au  
 exere  
 pere  
 hosti  
 riae i  
 nequ  
 prius  
 potius  
 quere  
 pauc  
 et si  
 quoc  
 tam  
 cesse

22  
 nim  
 stir  
 casio  
 quon  
 potes  
 36 &

E

1  
 2 for

venisse: primo commotus, metu atque lubricine  
 diorsus agitabatur <sup>22</sup>. Timebat iram senatus, <sup>7</sup>  
 ni paruisset legatis: porro animus cupidine cae-  
 cus ad inceprum scelus rapiebat <sup>23</sup>. Vicit tamen <sup>8</sup>  
 in auido ingenio <sup>24</sup> prauum consilium. Igitur, <sup>9</sup>  
 exercitu circumdato <sup>25</sup>, summa vi Cirtam irrum-  
 pere <sup>26</sup> nititur, maxume sperans, diducta manu  
 hostium <sup>27</sup>, aut vi aut dolis sese casum <sup>28</sup> victo-  
 riae inuenturum. Quod vbi secus procedit <sup>29</sup>, <sup>10</sup>  
 neque, quod intenderat <sup>30</sup>, efficere potest, uti  
 prius, quam legatos conueniret <sup>31</sup>, Atherbale  
 potiretur <sup>32</sup>: ne amplius <sup>33</sup> morando Scaurum,  
 quem plurimum metuebat, incenderet <sup>34</sup>, cum  
 paucis equitibus in prouinciam venit. At tam- <sup>11</sup>  
 etsi senatus verbis minae graues nunciabantur,  
 quod <sup>35</sup> ab oppugnatione non desisteret; multa  
 tamen oratione consumpta <sup>36</sup>, legati frustra dis-  
 cessere.

<sup>22</sup> nescius erat, quid agere deberet. <sup>23</sup> ipsum. <sup>24</sup> a-  
 nimo Iugurthae. <sup>25</sup> circumducto. <sup>26</sup> expugnare, *be-*  
*stürmen*. <sup>27</sup> si hostium exercitus deductus esset. <sup>28</sup> oc-  
 casionem. <sup>29</sup> non feliciter procedit. <sup>30</sup> voluerat. <sup>31</sup>  
 quam ad legatos abiret. <sup>32</sup> Atherbalem redigeret in suam  
 potestatem. <sup>33</sup> diucius. <sup>34</sup> magis irritaret. <sup>35</sup> quoniam.  
<sup>36</sup> & cum inuicem multa essent locuti.

CAPVT XXVI.

**E**A<sup>1</sup> postquam Cirtae audita sunt, Italici, <sup>1</sup>  
 quorum virtute <sup>2</sup> moenia defensabantur,  
 F 5 con-

<sup>1</sup> Quae acta fuerant frustra inter legatos & Iugurtham.  
<sup>2</sup> fortitudinae.

confisi, deditioe facta, propter magnitudinem populi R. inuiolatos sese fore, Atherbali suadent, vti seque & oppidum Iugurthae tradat: Tantum ab eo vitam paciscatur 3; de caeteris 2 senatui curae fore 4. At ille, tamen si omnia potiora fide Iugurthae rebatur 5: tamen, quia penes eosdem 6, si aduersaretur 7, cogendi potestas erat: ita, vti censuerant Italici, deditioem fecit. Igitur Iugurtha in primis Atherbalem excruciatum necat 8: dein omnes puberes 9 Numidas, atque negotiatores 10 promiscue 11, vti quisque armatis 12 obuius fuerat, interfecit.

3 incolumitatem vitae sibi postulet dari. 4 de reliquis curam habiturum esse Senatum. 5 tamen si putabat, omnia alia certiora ac tutiora esse, quam Iugurthae fidem. 6 Italicos. 7 si aduersus esse ipsorum voluntati vellet. 8 prius excruciat ac deinde necat. 9 iuvenes. 10 mercatores. 11 sine discrimine. 12 militibus Iugurthae.

## CAPVT XXVII.

1 Quid postquam Romae cognitum est, & res in senatu agitari 1 coepta: iidem illi ministri 2 regis interpellando 3, ac saepe gratia 4, interdum iurgis 5 trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant 6. Ac ni C. Memmius,

1 Deliberari. 2 qui Romae fauebant Iugurthae. 3 varia loquendo, impediendo. 4 per fauorem suum apud alios. 5 per varias rixas. 6 emollire studebant.

us, tribunus pleb. designatus, vir acer, & infestus 7  
 potentiae nobilitatis, populum R. edocuisse: id  
 agi<sup>8</sup>, vti per paucos factiosos Iugurthae scelus  
 condonaretur; profecto omnis inuidia<sup>9</sup>, pro-  
 latandis consultationibus<sup>10</sup>, dilapsa<sup>11</sup> foret.  
 Tanta vis gratiae, atque pecuniae regis erat<sup>12</sup>. 3  
 Sed ubi senatus delicti conscientia populum timet<sup>13</sup>,  
 lege<sup>14</sup> Sempronia provinciae<sup>15</sup> futuris  
 consulibus Numidia atque Italia decretae<sup>16</sup>. 4  
 fules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpur-  
 nius: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obue-  
 nit<sup>17</sup>. Dein exercitus, qui in Africam portare-  
 tur<sup>18</sup>, scribitur<sup>19</sup>: stipendium<sup>20</sup>, aliaque, quae  
 bello<sup>21</sup> vsui forent, decernuntur. 5

7 inimicus. 8 man gienge nur darauf. 9 o-  
 ditum omne ob scelera Iugurthae. 10 dum consultatio-  
 nes & decreta senatus differuntur de die in diem. 11 fru-  
 stranea fieret. 12 tantam vim habebat fauor erga Iugur-  
 tham & eius pecunia. 13 sed postquam Senatus timet se-  
 ditionem populi, quoniam sciebat delicta & scelera Iugur-  
 thae. 14 per legem. 15 administrandae. 16 fuerunt.  
 17 tradita est per sortem. 18 transueheretur. 19 colli-  
 gitur. 20 militare. 21 ad bellum gerendum.

CAPVT XXVIII.

**A**T Iugurtha, contra spem nuncio<sup>1</sup> acce- 1  
 pto, quippe cui, Romae omnia venire<sup>2</sup>,  
 F 6 in

<sup>1</sup> Cum accepisset nuncium de bello aduersus se apud Ro-  
 manos decreto. <sup>2</sup> venalia esse.

in animo haeserat; filium 3, & cum eo duos familiares ad senatum legatos mittit; iisque, ut illis 4, quos, Hiempsale interfecto, miserat 5, praecipit, omnes mortales pecunia adgrediantur 6. Qui postquam Romam aduentabant, senatus a Bestia consultus 7 est: placeretne legatos Iugurthae recipi moenibus 8: iique decrevere, ni regnum, ipsumque 9 deditum 10 venissent, ut in diebus proxumis decem Italia 11 dederent. Consul Numidus 12 ex senatus decreto nunciari 13 iubet; ita infectis rebus illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat 14 sibi homines nobiles, factiosos quorum auctoritate, quae deliquisset 15, munita fore sperabat: in quibus fuit Scaurus, cuius de natura & habitu supra memorauimus. Nam in consule nostro multae bonaeque artes animi, & corporis erant: quas 16 omnes auaritia praepediebat 17. Patiens laborum, acri ingenio, satis prouidens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula & infidias. Sed legiones per Italiam Rhegium 18, atque inde in Siciliam, porro ex Sicilia in Africam trans-

ve-

---

3 suum. 4 quemadmodum etiam antea illis legatis praeeperat. 5 Romam. 6 corrumpere studeant. 7 interrogatus fuit. 8 intra moenia Romae. 9 Regem. 10 qui dederet se in potestatem populi Romani. 11 ex Italia. 12 legatis Iugurthae. 13 sententiam. 14 legatos sibi adsciscit, zu General-Lieutenants. 15 si quae forte minus recte gereret. 16 artes tamen. 17 impediabat, obfuscabat. 18 ad urbem Rhegium.

vestrae 19. Igitur Calpurnius, initio paratis 7  
 comitatibus 20, acriter 21 Numidiam ingressus  
 est; multosque mortales & vrbes aliquot pu-  
 gnando cepit.

19 fuerunt. 20 *Proviant und Munition.* 21 fortia-  
 nimo.

CAPVT XXIX.

Sed ubi Iugurtha per legatos pecunia tenta-  
 re<sup>1</sup>, bellique, quod administrabat, asperita-  
 tem<sup>2</sup> ostendere coepit: animus<sup>3</sup> aeger aua-  
 ritia<sup>4</sup> facile conuersus<sup>5</sup> est. Caeterum socius<sup>6</sup>  
 & administer omnium consiliorum adsumitur  
 Scaurus: qui tametsi a principio<sup>6</sup>, plerisque  
 ex factione eius corruptis<sup>7</sup>, acerrume regem  
 impugnaverat: tamen magnitudine pecuniae<sup>8</sup>,  
 a bono honestoque<sup>9</sup> in pratum abstractus est.<sup>3</sup>  
 Sed Iugurtha primum tantummodo belli mor-  
 ram redimebat<sup>10</sup>, existumans sese aliquid in-  
 terim Romae pretio<sup>11</sup> aut gratia<sup>12</sup> effe-  
 cturum: postea vero quam participem<sup>13</sup> nego-  
 tii<sup>14</sup> Scaurum accepit, in maximam spem ad-  
 ductus recuperandae pacis, statuit cum eis<sup>15</sup>  
 de omnibus pactionibus praefens agere. Cae-<sup>4</sup>

F 7

te-

1 Adgredi Calpurnium coepit. 2 difficultatem. 3  
 Calpurnii. 4 qui laborabat avaritiae vitio. 5 a sua for-  
 titudine & iracundia ad clementiam. 6 belli. 7 per pe-  
 cuniam. 8 a Iugurtha oblatae. 9 a iure & honestate. 10  
 per pecuniam remonebat. 11 per munera sua. 12 fauo-  
 rem suorum. 13 esse. 14 belli gerendi. 15 Calpurnio  
 & Scauro.

terum interea fidei causa<sup>16</sup> mittitur a consule  
Sextius quaestor in oppidum Iugurthae Vaccam:  
cuius rei<sup>17</sup> species<sup>18</sup> erat acceptio frumenti,  
quod<sup>19</sup> Calpurnius palam legatis imperauerat:  
quoniam deditionis mora<sup>20</sup> induciae agitaban-  
tur<sup>21</sup>. Igitur rex, ut constituerat, in castra<sup>22</sup>  
5 venit: ac pauca praesenti consilio<sup>23</sup> locutus de  
invidia<sup>24</sup> facti sui, atque ut in deditionem acci-  
peretur: reliqua cum Bestia & Scauro secreta<sup>25</sup>  
transegit: dein postero die, quasi per saturam<sup>26</sup>  
sententiis<sup>27</sup> exquisitis, in deditionem accipitur.  
6 Sed ut pro consilio<sup>28</sup> imperatum erat, elephantum  
XXX, pecus, atque equi multi, cum paruo argen-  
7 ti pondere, quaestori traduntur. Calpurnius  
Romam ad magistratus rogandos<sup>29</sup> proficiscitur.  
In Numidia & exercitu nostro pax agitaba-  
tur<sup>30</sup>.

<sup>16</sup> ut Iugurtha posset ad ipsos tuto peruenire. <sup>17</sup> mis-  
sionis. <sup>18</sup> praetextus. <sup>19</sup> quod frumentum advehen-  
dum. <sup>20</sup> sub mora. <sup>21</sup> de iudiciis agebatur. <sup>22</sup> Ro-  
manorum. <sup>23</sup> bellico. <sup>24</sup> odio. <sup>25</sup> in loco secreto.  
<sup>26</sup> miscellaneas interrogationes. <sup>27</sup> eorum, qui in con-  
silio bellico praesentes erant. <sup>28</sup> in consilio. <sup>29</sup> inter-  
rogandus, num adprobare vellent transactionem factam  
cum Iugurtha. <sup>30</sup> erat.

## CAPVT XXX.

1 **P**ostquam res in Africa gestas, quoque modo<sup>1</sup>  
actae forent, fama diuulgauit: Romae per  
omnes locos & conuentus<sup>2</sup> de facto consulis  
agi-

1 Qua ratione. 2 vbi homines conueniebant.

agitari 3, apud plebem grauis inuidia 4 patres 5  
 solliciti erant: probarentne tantum flagitium, an  
 decretum consulis subuerterent 6, parum constabat 7. Ac maxime eos potentia Scauri, quod 8 2  
 is auctor 9 & socius Bestiae ferebatur 10, an vero  
 bonoque impediabat 11. At C. Memmius, cuius 3  
 de libertate ingenii, & odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem & moras 12  
 senatus, concionibus 13 populum ad vindican-  
 dum 14 hortari 15: monere, ne remp. ne libertatem suam desererent: multa superba, crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus 16 omni modo plebis animum accendebat 17.  
 Sed quoniam ea tempestate Romae Memmii facundia clara pollensque 18 fuit, decore existumavi, vnam ex tam multis orationem eius perscribere 19: ac potissimum ea dicam, quae in concione 20 post reditum Bestiae 21 huiusmodi verbis disseruit:

CA-

3 agi, dici coepit. 4 orta est. 5 Senatores. 6 *num-  
 flossen*, repudiarent. 7 non satis sciebant, non poterant  
 decernere. 8 quoniam. 9 consiliarius. 10 dicebatur.  
 11 abstrahere. 12 taediosas deliberationes. 13 orationibus suis. 14 ad vindictam tantae malitiae. 15 coepit.  
 16 omni studio. 17 instigabat. 18 potens, celebris.  
 19 recitare, huc ponere. 20 ad populum. 21 ex Africa.

## CAPVT XXXI.

- 1** *M*ulta me debortantur à vobis <sup>1</sup>, Quirites, ni  
 studium reipub. omnia superet; opes, factio-  
 nes <sup>2</sup>, vestra patientia, ius nullum, ac maxime,  
 quod innocentiae plus periculi quam honoris <sup>3</sup> est.
- 2** Nam illa quidem piget dicere, his annis XV. quam  
 ludibrio fueritis superbiae paucorum <sup>4</sup>; quam  
 foede, quamque inulti <sup>5</sup> perierint vestri defen-  
 sores; uti <sup>6</sup> vobis animus ab ignavia atque socor-  
 dia corruptus sit. Qui ne nunc quidem, obnoxii ini-  
 micis <sup>7</sup>, exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos,
- 4** quibus vos decet terrori esse. Sed quamquam haec  
 talia sunt: tamen, obuiam ire factionis <sup>8</sup> poten-  
 tiae, animus subigit <sup>9</sup>. Certè ego libertatem, quas  
 mihi à parente meo tradita est, experiar: verum  
 id frustra, an ob rem <sup>10</sup> faciam, in vestra manu  
 situm est, Quirites. Neque ego vos horror, quod saepe  
 maiores vestri fecere, ut contra iniurias, arma-  
 ti eatis. Nihil vi, nihil secessione <sup>11</sup> opus est:  
 necesse est, suomet ipsi more praecipites eant <sup>12</sup>.
- 7** Occiso Tib. Graccho, quem regnum <sup>13</sup> parare aie-  
 bant, in <sup>14</sup> plebem Romanam quaestiones <sup>15</sup> graues ha-

<sup>1</sup> Multa faciunt, ut vobis non faueam, ut vestra nego-  
 tia nolim curare. <sup>2</sup> nobilium potentia. <sup>3</sup> quia inno-  
 centes plus periculi in se habent, quam honoris. <sup>4</sup> quan-  
 to ludibrio habiti fueritis a paucis quibusdam & superbis  
 nobilibus. <sup>5</sup> sine viuidicta. <sup>6</sup> & quam turpiter. <sup>7</sup> dum  
 inimici vobis quam maxime nocere student. <sup>8</sup> nobilium,  
<sup>9</sup> me cogit. <sup>10</sup> ob aliquam sperandam inde utilitatem.  
<sup>11</sup> separatione a Magistratu. <sup>12</sup> ut ipsi sese praecipitent  
 suo more. <sup>13</sup> adiectare. <sup>14</sup> contra. <sup>15</sup> inquisitiones,  
 supplicia.

*habitaē sunt; post C. Gracchi & M. Fulvii caedem, isem ordinis vestri* <sup>16</sup> *multi mortales in carcere ne cavi sunt. Vtriusque cladis non lex, verum ludi- 8*  
*do eorum* <sup>17</sup> *finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere* <sup>18</sup> *: quidquid sine sanguine civium ulcisci* <sup>19</sup> *nequit, iure factum sit. Superioribus annis taciti indignabimini aerarium* <sup>9</sup>  
*um* <sup>20</sup> *expilari* <sup>21</sup> *, reges & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere* <sup>22</sup> *, penes eosdem & summam gloriam* <sup>23</sup> *, & maximas diuitias esse: tamen haec talia facinora impune suscepisse, parum habuere* <sup>24</sup> *; itaque postremo leges, maiestas vestra, diuina & humana* <sup>25</sup> *omnia hostibus tradita sunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet, aut poenitet; sed* <sup>10</sup>  
*incedunt per ora vestra* <sup>26</sup> *magnifice* <sup>27</sup> *, sacerdotia, & consulatus, pars triumphos suos ostentantes* <sup>28</sup> *: perinde quasi ea honori non praedae habeant* <sup>29</sup> *. Servi aere parati* <sup>30</sup> *iniusta imperia do-* <sup>11</sup>  
*minorum non perferunt* <sup>31</sup> *: vos, Quirites, imperio nati* <sup>32</sup> *, aequo animo servitutem* <sup>33</sup> *toleratis? At,* <sup>12</sup>  
*qui*

<sup>16</sup> ex ordine vestro plebeio. <sup>17</sup> nobilium voluntas. <sup>18</sup> ponamus, quod populo restituere sua, & regnum adferre, vnum idemque sit. <sup>19</sup> vindicari. notetur, quod vox *ulcisci* hoc loco passivam habeat significationem, alias Deponens. <sup>20</sup> publicum. <sup>21</sup> spoliari, defraudari. <sup>22</sup> soluere tributum. <sup>23</sup> supremos magistratus. <sup>24</sup> pro re vili habuerunt. <sup>25</sup> iura. <sup>26</sup> in conspectu vestro. <sup>27</sup> superbe. <sup>28</sup> ostentant, iactant. <sup>29</sup> quasi scilicet illa ornamenta considerent tanquam honorem & non potius tanquam praedam. <sup>30</sup> pecunia emti. <sup>31</sup> perficiunt. <sup>32</sup> qui nati estis ad imperandum. <sup>33</sup> sub specie libertatis.

qui sunt hi, qui temp. occupauere? homines sceleratissimi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentissimi, iidemque superbissimi: quibus fides, decus, pietas, postrema honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt 34. Pars eorum 35, occidisse tribunos pl. alii quaestiones iniustas, plerique caedem in vos fecisse, pro munimento 36 habent. Ita, quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est: metum à scelere suo ad ignauiam vestram transtulere 37: quos omnes eadem metuere in vnum coëgit 38. Sed haec inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quod si vos tam libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi 39 sunt: profecto neque resp. si uti nunc, vastaretur, & beneficia vestra penes optimos, non audacissimos, forent. Maiores vestri parandi iuris 40, & maiestatis constituendae gratia 41, bis per secessionem 42 armati Aventinum 43 occupauere: vos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atque eo vehementius, quo maius dedecus est, parata 44 amittere, quam omnino non 45 parauisse! Dicet aliquis, quid igitur

34 qui ven. ha. habent omnia, fidem, pietatem, honorem, iura & leges. 35 nobilium. 36 pro defensione sui atque praesidio securitatis. 37 non amplius metuunt sibi ob scelera sua quoniam vident, vos esse admodum ignauos ad vindictam illorum. 38 quos omnes antea communis metus coëgit, vt in vnum coirent, & communibus consiliis metum illum a se remouerent. 39 cupidi. 40 ad parandum & restaurandum ius suum & sua privilegia. 41 & vt confirmarent maiestatem populi Romani. 42 a Senatu. 43 montem. 44 ea quae iam acquisita sunt. 45 nihil acquisuisse.

sur  
did  
vos  
ver  
Qu  
obe  
ma  
ad  
pot  
arq  
dum  
nes  
cum  
bell  
omn  
P.  
gen  
Nar  
re  
sum  
tam  
quor  
mife

46  
le q  
quisi  
de d  
pat a  
ret  
etiam  
56 ta  
sceler  
do no  
iicere

sur censes? vindicandum in eos 46, qui hosti pro-  
 didere temp. non manu, neque vi, quod magis  
 vos fecisse, quam illis accidisse 47 indignum est:  
 verum quaestionibus 48 & indicio ipsius Iugurthae.  
 Qui si dedititius est 49, profecto iussis vestris 18  
 obediens erit: sin ea contemnit, scilicet 50 aesti-  
 mabitis, qualis illa pax aut deditio sit, ex qua  
 ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos  
 potentes maxumae diuitiae, ad Rempub. damna  
 atque dedecora peruenerint. Nisi forte non-19  
 dum etiam vos dominationis eorum scietas te-  
 net 51 & illa, quam haec tempora, magis placent,  
 cum regna, prouinciae, leges, iura, iudicia,  
 bella atque paces, postremo diuina & humana  
 omnia penes paucos erant: vos autem hoc est,  
 P. R. 52 inuicti ab hostibus, imperatores omnium  
 gentium. satis habebatis 53 animam 54 retinere.  
 Nam seruitutem quidem quis vestrum audebat 20  
 recusare? Atque ego tamen virum flagitiosis-  
 sumum existumo impune iniuriam accepisse 55:  
 tamen, vos hominibus sceleratissimis ignoscere,  
 quoniam ciues sunt, aequo animo paterer, ni  
 misericordia in perniciem casura esset 56. Nam 21

46 vindicta tumenda est contra illos. 47 quam ut ta-  
 le quid accideret illis nebulibus. 48 per accuratam in-  
 quisitionem. 49 qui Iugurtha si se reuera & sine frau-  
 de dedit. 50 facile hinc iudicare poteritis. 51 occu-  
 pat animos vestros. 52 Populus Romanus. 53 ibi wa-  
 ret zufrieden. 54 vitam solam. 55 tamen turpe sit  
 etiam flagitiosissimo viro, iniuriam impune accipere.  
 56 tamen paterer, ut vos quoque ignoscereis hominibus  
 sceleratissimis, ideo quoniam ciues Romani sunt, dummo-  
 do ne haec misericordia in extremam perniciem vos con-  
 iiceret.

& illis quantum importunitatis habent 57, pa-  
 rum est 58 impune male fecisse, nisi deinde 59 faci-  
 undi 60 licentia eripitur, & vobis aeterna solici-  
 tudo 61 remanebit, cum intelligetis, aut feruendum  
 esse, aut per manus 62 libertatem retinendam 63.  
 22 Nam fidei quidem aut concordiae quae spes est?  
 Dominari illi volunt, vos 64 liberi esse: facere 65  
 illi iniurias, vos 66 prohibere: postremo sociis ve-  
 23 stris veluti hostibus pro sociis vsuntur. Potestne  
 in tam diuersis mentibus pax aut amicitia esse?  
 Quare moneo, hortorque vos, ne tantum scelus im-  
 24 punitum 76 dimittatis. Non peculatus aerarii fa-  
 ctus est 68: neque per vim sociis ereptae 69 pecuni-  
 ae: quae 70 quamquam graua sunt, tamen con-  
 suetudine 71 iam pro nihilo habentur. Hesti acer-  
 rumo 72 prodita 73 senatus auctoritas, proditum  
 imperium vestrum: domi militiaeque resp ve-  
 25 nalis fuit. Quae nisi quaesita 74 erunt, nisi vind-  
 icatum in noxios 75; quid erit reliquum, nisi ut  
 illis, qui ea fecere, obedientes viuamus? Nam im-  
 26 pune quaelibet facere, id 76 est regem esse. Ne-  
 que ego vos, Quirites, hortor, uti iam malitis ciues  
 vs.

57 pro importunitate, superbia, & malitia, quae in  
 ipsorum animis est. 58 pro re villi habent. 59 in futu-  
 rum. 60 male. 61 cura, metus. 62 armatas. 63 de-  
 fendendum esse. 64 vultis. 65 volunt. 66 vultis.  
 67 sine vindicta. 68 non fuit aerarium spoliatum. 69  
 fuerunt. 70 crimina. 71 ex inueterata consuetudine.  
 72 Inguethae. 73 fuit. 74 inquisita. 75 in eos, qui  
 huius sceleris culpam habent. 76 id demum est.

vestros perperam, quam recte, fecisse 77: sed 78 ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc, 27 in rep. multo praestat 79, beneficii, quam maleficii, immemorem esse. Bonus tantum modo segnior fit, v-28 bi negligas 80: at malus improbius 81. Ad hoc, si iniuriae non sint, haud saepe auxilii 82 egeas.

77 vtiam malitia, ciues vestros male egisse, quam recte fecisse. 78 sed id volo, & ad id vos hortor. 79 darran ist sehr viel gelegen. 80 si negligas ipsum. 81 sit per negligentiam, & quando tutus est a poenae metu. 82 remediū contra iniurias.

CAPVT XXXII.

**H**Aec, atque alia huiuscemodi saepe dicuntur. C. Memmianus populo Romano persuadet, vti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Iugurtham mitteretur: eumque, interposita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniae captae arcesserant, delicta patefierent. Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti ab Bestia exercitui praeerant secuti morem imperatoris sui, plurima & flagitiosissima facinorosa fecere. Fuere, qui auro corrupti, elephantos Iugurthae traderent, alii perfugas venderent: pars ex pacatis praedas agebant.

Tan-

1 Illo tempore. 2 nach gegebenem sichern Gelitte. 3 per ipsius Regis indicium & confessionem. 4 quos accusabant, quasi a Iugurtha pecuniam accepissent. 5 dum sequuntur mores. 6 etiam. 7 aliqui. 8 per munera Iugurthae. 9 ex locis, qui pacem habebant cum Romanis.

4 Tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti ta-  
 5 bes<sup>12</sup>, inuaserat. At Cassius praetor, perlata ro-  
 gatione<sup>11</sup> a C. Memmio, ac percussa<sup>12</sup> omni no-  
 bilitate, ad Iugurtham proficiscitur: eique ti-  
 mido, & ex conscientia diffidenti rebus<sup>13</sup> suis,  
 persuadet: quoniam se populo R. dedidisset, ne  
 vim, quam<sup>14</sup> misericordiam eius, experiri ma-  
 lit: priuatim praeterea fidem<sup>15</sup> suam interponit,  
 quam ille non minoris<sup>16</sup>, quam publicam<sup>17</sup> du-  
 cebat. Talis ea tempestate fama de Cassio  
 erat.

12 pestis, contagium. 11 cum accepisset orationem.  
 12 in metum coniecta. 13 dum non multum spei habet  
 in rebus suis, quoniam conscius sibi erat scelerum. 14  
 sed potius. 15 sine Parole. 16 nicht geringer schatz-  
 te. 17 fidem.

## CAPVT XXXIII.

1 Igitur Iugurtha, contra decus regium, cul-  
 tu<sup>1</sup> quam maxime miserabili, Romam ve-  
 2 nit. At tamen in ipso<sup>2</sup> magna vis animi erat  
 confirmatus<sup>3</sup> ab omnibus, quorum potentia<sup>4</sup>,  
 aut scelere cuncta ea gesserat, quae supra memo-  
 rauimus: C. Baebium tamen tribunum pleb.  
 magna mercede parat<sup>5</sup>, cuius impudentia<sup>6</sup>  
 contra ius & iniurias omnes munitus<sup>7</sup> foret,  
 3 Ac C. Memmius, aduocata concione<sup>8</sup>, quam-  
 quam

1 Veste, comitatu. 2 Rege. 3 bonum animum ha-  
 bere iussus. 4 per quorum potentiam. 5 ad partes  
 suas trahit. 6 per cuius impudentiam. 7 tutus ab  
 omni periculo iudicii & iniuriarum. 8 conuocato po-  
 pulo.

quam regi infesta <sup>9</sup> plebes erat, & pars in vincula duci <sup>10</sup> iubebat, pars, ni si socios sceleris aperiret, more maiorum de hoste <sup>11</sup> supplicium sumi: dignitati magis, quam irae consulens <sup>12</sup>, sedare <sup>13</sup> motus <sup>14</sup>, & animos eorum mollire, postremo confirmare <sup>15</sup>, fidem publicam per sese inuiolatam fore. Post, ubi silentium coepit <sup>16</sup>, producto <sup>4</sup> Iugurtha, verba facit, Romae, Numidiaeque facinora eius memorat <sup>17</sup>: scelera in patrem fratresque ostendit: quibus iuuantibus <sup>18</sup>, quibusque ministris ea egerit, quanquam intelligat <sup>19</sup> populus R. tamen velle manifesta <sup>20</sup> magis ex illo <sup>21</sup> habere; si verum <sup>22</sup> aperiat, in fide & clementia populi R. magnam spem illi sitam <sup>23</sup>: sin reticeat <sup>24</sup> non sociis saluti fore <sup>25</sup>, sed se suasque spes corrupturum <sup>26</sup>.

## CA-

---

<sup>9</sup> inimica, irata. <sup>10</sup> Regem. <sup>11</sup> de Iugurtha, tanquam de hoste populi Romani. <sup>12</sup> dum dignitati potius Regiae vult parcere, quam irae. <sup>13</sup> coepit lenire. <sup>14</sup> iram populi. <sup>15</sup> die Versicherung geben. <sup>16</sup> fieri. <sup>17</sup> & commemorat, qualia facinora Iugurtha fecerit & Romae & in Numidia. <sup>18</sup> quorum auxilio. <sup>19</sup> satis ea omnia sciat. <sup>20</sup> manifestationem horum scelerum. <sup>21</sup> ex ore ipsius Regis. <sup>22</sup> veritatem. <sup>23</sup> positam esse. <sup>24</sup> quod si vero reticere velit veritatem. <sup>25</sup> fore, ut non solum socii eius & scelerum administri per pecuniam corrupti saluti non sint. <sup>26</sup> sed forte potius, ut ipse Rex & se perdat & omnes spes suas.

## CAPVT XXXIV.

- 1** **D**Ein, ut Memmius dicendi finem fecit, & Iugurtha respondere iussus est, C. Baebius, tribunus plebis quem pecunia <sup>1</sup> corruptum supra diximus, regem tacere iubet: ac, tamen si multitudo <sup>2</sup>, quae in concione aderat, vehementer accensa <sup>3</sup>, terreat eum <sup>4</sup> clamore, vultu, saepe impetu <sup>5</sup>, atque aliis omnibus, quae ira fieri amat <sup>6</sup>; vicit tamen impudentia <sup>7</sup>. Ita populus, ludibrio habitus, ex concione discedit: Iugurthae Bestiaeque, & caeteris, quos illa quaestio exagitabat <sup>8</sup>, animi auferuntur <sup>9</sup>.

<sup>1</sup> Muneribus. <sup>2</sup> plebs. <sup>3</sup> irata. <sup>4</sup> Baebium. <sup>5</sup> militum. <sup>6</sup> quae fieri solent ex ira. <sup>7</sup> per impudentiam suam Baebius. <sup>8</sup> in mortem coniecerat. <sup>9</sup> *der Muth wuchs ihnen.*

## CAPVT XXXV.

- 1** **E**Rat ea tempestate Romae Numida quidam, nomine Massina, Gulustae filius, Massinissae nepos: qui, quia in dissensione regum Iugurthae aduersus <sup>1</sup> fuerat, dedita Cirta <sup>2</sup>, & Atherbale interfecto, profugus ex Africa abiit <sup>3</sup>. Huic Sp. Albinus, qui proximo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet: quoniam ex stirpe Massinissae sit, Iugurtham ob scelera inuidia <sup>4</sup> cum

<sup>1</sup> inimicus. <sup>2</sup> postquam urbs Cirta dedita fuerat Iugurthae. <sup>3</sup> simul cum odio etiam cum metu.

cum metu vrgeat, regnum Numidia<sup>e</sup> ab senatu  
 perat 4. Auidus<sup>5</sup> consul<sup>6</sup> belli gerundi, moue- 3  
 ri, quam senescere, omnia malebat 7. Ipsi<sup>8</sup> pro-  
 vincia Numidia<sup>e</sup>, Minucio Macedonia euene-  
 rat 9. Quae postquam Massiua agitare<sup>10</sup> coe- 4  
 pit, neque Iugurthae in amicis satis praesidii est<sup>11</sup>,  
 quod eorum<sup>12</sup> alium conscientia<sup>13</sup>, ali-  
 um mala fama, & timor animi impedi-  
 ebat; Bomilcari proximo<sup>14</sup>, ac maxime fido sibi, impe-  
 rat, pretio<sup>15</sup>, sicuti multa confecerat<sup>16</sup>, insidiato-  
 res Massiuae parat<sup>17</sup>, ac maxime occulte: sin id  
 parum procedat, quouis modo Numidam<sup>18</sup> in-  
 terficiat. Bomilcar mature regis mandata exfe- 5  
 quitur; & per homines, talis negotii artifices<sup>19</sup>,  
 itinera egressusque eius<sup>20</sup>, postremo loca, atque  
 tempora cuncta explorat, dein, vbi res postula-  
 bat, insidias tendit. Igitur vnus ex eo<sup>11</sup> nume- 6  
 ro, qui ad caedem parati erant, paullo inconsulti-  
 us<sup>22</sup> Massiuam adgreditur, illum obruncat:  
 sed ipse deprehensus<sup>23</sup>, multis hortantibus, &  
 in primis Albino consule, indicium profite-  
 tur.

4 sibi dari. 5 erat. 6 Albinus. 7 & ideo male-  
 bat, hanc actionem diutius & vehementius moueri,  
 quam sedari. 8 Albino. 9 regenda, per sortem tra-  
 dita fuerat. 10 agere. 11 & Iugurtha videt, se non  
 satis tutum esse sub praesidio amicorum. 12 amico-  
 rum. 13 scelerum. 14 agnato suo. 15 per mune-  
 ra. 16 qua ratione iam effecerat multa. 17 compa-  
 ret sibi quosdam homines, qui insidientur Massiuae. 18  
 Massiuam. 19 idoneus ad tale negotium. 20 vno er  
 auszugehen pflegte. 21 eorum. 22 nimis temerarie &  
 non satis considerate. 23 captus.

7 tur <sup>24</sup>. Fit reus magis ex aequo bonoque <sup>25</sup>,  
 8 quam ex iure gentium Bomilcar, comes eius <sup>26</sup>,  
 8 qui Romam fide publica venerat. At Iugurtha,  
 manifestus tanti sceleris <sup>27</sup>, non prius omisit, con-  
 tra verum niti <sup>28</sup>, quam animaduortit <sup>29</sup> super  
 9 gratiam, atque pecuniam suam, inuidiam facti  
 esse <sup>30</sup>. Igitur quamquam in priore actione ex  
 amicis <sup>31</sup> quinquaginta vades <sup>32</sup> dederat, re-  
 gno magis, quam vadibus consulens <sup>33</sup>: clam in  
 Numidiam Bomilcarem dimittit, veritus, ne re-  
 liquos populares <sup>34</sup> metus inuaderet parendi <sup>35</sup>  
 sibi, si de illo <sup>36</sup> supplicium sumtum foret; &  
 ipse paucis diebus eodem profectus est, iussus a se-  
 10 natu Italia decedere. Sed postquam Roma egres-  
 sus est, fertur <sup>37</sup>, saepe tacitus eo <sup>38</sup> respiciens, po-  
 stremo dixisse: Urbem venalem <sup>39</sup>, & mature pe-  
 rituram, si emptorem inuenerit.

CA.

24 palam faterur, se velle indicare illos, a quibus ius-  
 sus fuisse interficere Massiuam. 25 quia ius & aequum  
 id requirebat. 26 Iugurthae. 27 cum manifeste reus  
 factus esset tanti sceleris. 28 veritatem negare & eius  
 manifestationem impedire. 29 quam donec intelligit.  
 30 odium ob hoc scelus non posse deleri per fauorem &  
 pecuniam. 31 suis. 32 Bürgen. 33 in quo negotio ta-  
 men magis respiciebat vtilitatem regni sui, quam vades  
 suos. 34 ciues, subditos 35 sibi amplius praestandi ob-  
 sequium. 36 Bomilcare. 37 dicitur. 38 ad urbem Ro-  
 mam. 39 esse, vendi posse.

## CAPVT XXXVI.

Interim Albinus, renouato bello, comitia-  
 rum, stipendium, aliaque, quae militibus vsui  
 forent<sup>2</sup> mature in Africam portare<sup>3</sup>; ac statim  
 ipse profectus, vt ante comitia<sup>4</sup>, quod tempus  
 haud longe aberat, armis<sup>5</sup>, aut deditioe, aut  
 quouis modo bellum conficeret. At contra<sup>6</sup>  
 Iugurtha trahere omnia<sup>6</sup>, & alias deinde alias  
 morae cauffas facere: polliceri deditioem, ac  
 deinde merum simulare: instanti cedere<sup>7</sup>, &  
 paullo post, ne sui diffiderent<sup>8</sup>, instare<sup>9</sup>: ita  
 belli modo, modo pacis mora consulem ludifi-  
 care<sup>10</sup>. Ac fuere<sup>11</sup>, qui tum Albinum haud<sup>3</sup>  
 ignarum<sup>11</sup> consilii regis existimarent: neque ex  
 tanta proferantia tam facile tractum bellum so-  
 cordia magis, quam dolo crederent<sup>13</sup>. Sed<sup>4</sup>  
 postquam, dilapso tempore, comitiorum dies ad-  
 ventabant, Albinus, Aulo fratre in castris pro-  
 praetore<sup>14</sup> relicto, Romam decessit.

G 2

CA.

<sup>1</sup> contra Iugurtham. <sup>2</sup> quae necessaria forent ad bel-  
 lum. <sup>3</sup> coepit. <sup>4</sup> ante illum diem, quo populus Ro-  
 manus conueniebat ad eligendos Magistratus. <sup>5</sup> aut  
 per arma. <sup>6</sup> bellum coepit longius trahere. <sup>7</sup> si quan-  
 do Albinus sibi instaret & premeret, tunc cedebat Iu-  
 gurtha. <sup>8</sup> ne sui milites spem abicerent. <sup>9</sup> ipse vice  
 versa premebat Romanos. <sup>10</sup> vexare. <sup>11</sup> aliqui. <sup>12</sup>  
 fuisse. <sup>13</sup> & qui crederent, cum tam vehementer pro-  
 peraret Albinus, quod tam facile bellum tractum esset  
 non tam ex socordia, quam potius ex dolo & quia forte  
 ipse Albinus a Rege corruptus esset muneribus. <sup>14</sup> lo-  
 co Praetoris.

1 Per

## CAPVT XXXVII.

<sup>1</sup> EA tempestate Romae seditionibus tribuni-  
<sup>2</sup> **E**ciis <sup>1</sup> atrociter respublica agitabatur <sup>2</sup>. P.  
 Lucullus, & L. Annius Tribuni pleb. resistenti-  
 bus collegis, continuare magistratum <sup>3</sup> nite-  
<sup>3</sup> bantur: quae dissensio totius anni comitia impe-  
 diebat. Ea mora <sup>4</sup> in spem adductus Aulus,  
 quem propraetores <sup>5</sup> in castris <sup>6</sup> relictum <sup>7</sup> su-  
 pra diximus, aut conficiendi <sup>8</sup> belli, aut terrore  
 exercitus ab rege pecuniae capiundae <sup>9</sup>, mili-  
 tes mense Ianuario ex hibernis <sup>10</sup> in expeditio-  
 nem <sup>11</sup> euocat; magnisque itineribus, hieme  
 aspera peruenit ad oppidum Suthul, vbi regis  
<sup>4</sup> thesauri erant. Quod quamquam, & saeuicia <sup>12</sup>  
 temporis, & opportunitate loci, neque capi,  
 neque obsideri poterat; (nam circum murum,  
 situm <sup>13</sup> in praerupti montis extremo <sup>14</sup>, plani-  
 cies limosa <sup>15</sup> hiemalibus aquis paludem fe-  
 cerat: ) tamen, aut simulandi gratia <sup>16</sup>, quo  
 regi <sup>17</sup> formidinem adderet <sup>18</sup>, aut cupidine <sup>19</sup>  
 caecus, ob thesauros oppidi potiundi, vineas <sup>20</sup>  
 age.

<sup>1</sup> Per seditiones excitatas a tribunis plebi. <sup>2</sup> vexa-  
 batur, turbulenta erat grauiter. <sup>3</sup> tribuniciam potesta-  
 tem. <sup>4</sup> per hanc moram & has turbas. <sup>5</sup> loco Prae-  
 toris. <sup>6</sup> Romanorum in Numidia. <sup>7</sup> fuisse. <sup>8</sup> in  
 spem adductus perficiendi belli. <sup>9</sup> in spem addu-  
 ctus accipiendae pecuniae ab rege, per terrorem  
 exercitus Romani. <sup>10</sup> aus den Winterquartieren.  
<sup>11</sup> bellum. <sup>12</sup> propter frigus hibernum. <sup>13</sup> qui situs  
 erat. <sup>14</sup> margine. <sup>15</sup> sumpsit. <sup>16</sup> vt simularet. <sup>17</sup>  
 Iugurthas. <sup>18</sup> faceret. <sup>19</sup> auaricia. Sturmhaecher.

21

agere <sup>21</sup>, aggerem iacere, aliaque, quae incepto  
vſui forent <sup>22</sup>, properare <sup>23</sup>.

<sup>21</sup> coepit admoovere ad oppidum. <sup>22</sup> quae necessaria  
forent ad perficiendum conſilium. <sup>23</sup> celeriter adpa-  
rauit.

CAPVT XXXVIII.

**A**T Iugurtha, cognita vanitate <sup>1</sup> atque impe-  
ritia legati <sup>2</sup>, ſubdoluſ <sup>3</sup> eius augere <sup>4</sup> a-  
mentiam: miſſitare ſupplicantes legatos <sup>5</sup>:  
ipſe, quaſi vitabundus <sup>6</sup>, per ſaltuoſa <sup>7</sup> loca & tra-  
mites <sup>8</sup> exercitum ducere. Denique Aulum <sup>2</sup>  
ſpe pactioſis perpulit, vti, relicto Suthule, in  
abditas <sup>9</sup> regiones ſeſe <sup>10</sup>, veluti cedentem,  
inſequeretur: ita delicta <sup>11</sup> occultiora fuere.  
Interea per homines callidos, diu noctuque <sup>3</sup>  
exercitum tentabat <sup>12</sup>: centuriones, duces-  
que turmarum partim, vti transfugerent <sup>13</sup>,  
corrumpere <sup>14</sup>, alii, ſigno dato, locum <sup>15</sup> vti  
deſererent. Quae poſtquam ex ſententia <sup>16</sup> <sup>4</sup>  
inſtruxit, intempſta <sup>17</sup> nocte de improvi-  
ſo multitudine <sup>18</sup> Numidarum Auli caſtra cir-  
cumuenit <sup>19</sup>. Milites Romani, percuſſi tu- <sup>5</sup>

G 3 mul-

1. Stultitia. 2. Auli. 3 ſingulari dolo & ſtratagema-  
te. 4 coepit. 5 & ſaepeſ mittebat ad Aulum legatos  
ſuos, qui pacem peterent. 6 quaſi ipſe vitaret bellum.  
7 ſylueſtria. 8 enge VVege, deſilees. 9 occultas. 10  
Regem. 11 turpitudine Romanorum inſidiae Iugurthae.  
12 ſtudebat corrumpere. 13 ad Iugurtham. 14 coe-  
pit. 15 ſtationem ſuam. 16 ex vero. 17 media. 18  
cum magnis copiis. 19 circumdedit.

multu insolito, arma capere <sup>20</sup> alii, alii se abdere, <sup>21</sup> pars territos confirmare <sup>22</sup>, trepidare, omnibus locis vis <sup>23</sup> magna hostium, caelum nocte atque nubibus obscuratum, periculum anceps <sup>24</sup>: postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo <sup>25</sup> numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors vna Ligurum <sup>26</sup>, cum duabus turmis Thracum, & paucis gregariis militibus, transire ad regem, & centurio primipili <sup>27</sup> tertiae legionis per munitio- nem <sup>28</sup>, quam vti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque <sup>29</sup> Numidia cuncti irrupere <sup>30</sup>. Nostri foeda fuga <sup>31</sup>, plerique abiectis armis, proximum collem occupare. Nox, atque praeda castrorum, hostes, quo minus victoria vterentur, remorata sunt <sup>32</sup>. Dein Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit <sup>33</sup>: tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum teneret, tamen se memorem rerum humanarum <sup>34</sup>, si secum foedus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum <sup>35</sup>; praeterea vti diebus decem Numidia decederet. Quae graua <sup>36</sup> quamquam, & fla-

20 coeperunt. 21 occultare. 22 erigere, animum addere. 23 erat. 24 dubium. 25 eorum. 26 Liguria pars Italiae, hodie est d. tio Genuensium. 27 vor der Leib oder ersten Compagnie. 28 Sebantz-Reiranchement. 29 & per eam munitioem. 30 in castra Romanorum. 31 per foedam fugam. 32 nox & depraedatio castrorum moram fecerint hostibus. 33 talia. 34 quae facile iterum mutari possent. 35 captiuos seu potius seruos, facturum esse. 36 inhonesta, turpissima.

flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu nutabant 37, sicuti regi lubuerat, pax conuenit 38.

37 quia Romani dubii erant, ex mortis metu. 38 facta est.

CAPVT XXXIX.

**S**ed ubi ea Romae comperta sunt, metus atque <sup>1</sup> moeror ciuitatem <sup>2</sup> inuasere: pars dolere <sup>3</sup> pro gloria imperii, pars insolita rerum bellicarum <sup>3</sup> timere <sup>4</sup> libertati: Aulo omnes infesti <sup>5</sup>, ac maxime <sup>6</sup> qui bello saepe praeclari fuerant, quod armatus dedecore <sup>7</sup> potius, quam manu <sup>8</sup>, salutem <sup>9</sup> quaesuerit. Ob ea Consul Albinus, ex <sup>2</sup> delicto fratris inuidiam, ac deinde periculum timens, senatum de foedere <sup>10</sup> consulebat; & tamen interim exercitui supplementum <sup>11</sup> scribere <sup>12</sup>, ab focis & nomine Latino <sup>13</sup> auxilia accersere <sup>14</sup>, denique omnibus modis festinare. Senatus ita uti par fuerat, decernit, suo atque populi iniussu <sup>15</sup> nullum potuisse foedus fieri. Consul impeditus a Tribunis pl. ne, quas parauerat <sup>16</sup>

G 4

co-

<sup>1</sup> Totam. <sup>2</sup> coepit. <sup>3</sup> quae non adsueta erat rebus bellicis. <sup>4</sup> timere coepit, ne libertas periret. <sup>5</sup> Irati erant. <sup>6</sup> Illi. <sup>7</sup> per foedus turpissimum. <sup>8</sup> armata. <sup>9</sup> vitam & salutem militum Romanorum. <sup>10</sup> quod frater suus cum Iugurtha fecerat. <sup>11</sup> *Recruten vverben*. <sup>12</sup> coepit. <sup>13</sup> ab omnibus, qui se Latinos dici volebant. <sup>14</sup> ad se vocare coepit. <sup>15</sup> contra iussum & voluntatem Senatus Populique Romani. <sup>16</sup> collegerat.

copias, secum portaret <sup>17</sup>, paucis diebus in Africam proficiscitur; nam omnis <sup>18</sup> exercitus, uti conuenerat, Numidia <sup>19</sup> deductus in prouincia <sup>5</sup> hiemabat. Postquam eo venit, quamquam persequi Iugurtham, & mederi <sup>20</sup> fraternae inuidiae, animo ardebat <sup>21</sup>; tamen cognitis militibus <sup>22</sup>, quos praeter fugam, soluto imperio <sup>23</sup>, licentia atque lasciuia corruerat, ex copia rerum <sup>24</sup> statuit, sibi nihil agitandum <sup>25</sup>.

<sup>17</sup> in Numidiam. <sup>18</sup> totus. <sup>19</sup> ex. <sup>20</sup> remedium adferre huic iniuriae & turpitudini, quam frater suus pertulerat. <sup>21</sup> vehementer cupiebat. <sup>22</sup> cum uidisset milites in Numidia. <sup>23</sup> qui liberi erant ab omni imperio. <sup>24</sup> ex statu rerum suarum & ratione Romani exercitus. <sup>25</sup> nihil a se suscipiendum esse.

## CAPVT XL.

<sup>1</sup> Interea Romae C. Mamilius Limetanus Trib. pleb. rogationem <sup>1</sup> ad populum promulgat, uti quaereretur <sup>2</sup> in eos, quorum consilio Iugurtha senati <sup>3</sup> decreta neglexisset; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent, item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones <sup>2</sup> fecissent. Huic rogationi <sup>4</sup> partim conscii sibi <sup>5</sup>, alii ex partium inuidia <sup>6</sup>, pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa

<sup>1</sup> Legem seu quaestionem proponit apud populum. <sup>2</sup> inquiratur. <sup>3</sup> Senatus. <sup>4</sup> legi. <sup>5</sup> ii, qui conscii sibi erant scelerum, & munerum ab Iugurtha acceptorum. <sup>6</sup> quoniam videbant, factionem Iugurthae in odio esse apud populum.

la 7, & alia talia placere sibi faterentur, occulte, per amicos, ac maxime per homines nominis Latini, & socios Italicos, impedimenta 8 parabant. Sed plebes incredibile memoratu est, quantum intenta 9 fuerit, quantaque vi rogationem iusserit, decreuerit, voluerit: magis odio 10 nobilitatis, cui mala illa parabantur 11, quam cura 12 reipubl. tanta lubido in partibus erat 13. Igitur, 4 caeteris metu percussis, M. Scaurus, quem legatum Bestiae fuisse supra memorauimus, inter laetitiam plebis, & suorum fugam, trepida etiam tum ciuitate, cum ex 14 Mamiliana rogatione tres quaesitores 15 rogarentur 16, effecerat, vt ipse in eo 17 numero crearetur 18. Sed quaestione 5 exercita aspere, violenterque ex rumore, & lubidine 19 plebis, vt saepe nobilitatem 20, sic ea tempestate 21 plebem ex secundis rebus 22 insolentia 23 ceperat 24.

7 scelera. 8 huic legi & inquisitioni adferre. 9 cupida, irata. 10. ex. 11 contra quam nobilitatem illa inquisitio parabatur. 12 ex. 13 tanta vehementia erat in hac factione. 14 post, per vim, vermöge. 15 inquisitores, Commissarii. 16 desiderarentur. 17 horum inquisitorum. 18 eligeretur. 19 voluntate. 20 insolentia coeperat. 21 illo tempore. 22. cum omnia procederent ex voluntate plebis. 23 superbia. 24 occupauerat.

CAPVT XLI.

Caeterum mos partium popularium 1 & senatus factionum 2, ac deinde omnium malorum

G 5

1 Factionum in populo. 2. & factio Senatus nobilitatisque.

tum artium, paucis ante annis Romae ortus est,  
 otio 3 atque abundantia earum rerum, quae pri-  
 2 ma mortales ducunt 4. Nam ante Carthaginem  
 deletam, populus & senatus Rom. placide mode-  
 steque inter se Rempub. tractabant: neque glo-  
 riae, neque dominationis certamen inter ciues  
 erat: metus hostilis 5 in bonis artibus 6 ciuitatem  
 3 retinebat. Sed ubi 7 formido illa 8 mentibus 9  
 deceffit, ilicet 10 ea, quae secundae res amant 11,  
 4 lasciuia atque Superbia, incessere 12. Ita, quod  
 in aduersis rebus optauerant, otium, postquam  
 5 adepti sunt, asperius acerbisque fuit 13. Nam-  
 que coepere nobilitas dignitatem, populus liber-  
 tatem, in lubricinam uertere 14: sibi quisque du-  
 cere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes  
 abstracta sunt: respublica, quae media fuerat 15,  
 6 dilacerata 16. Caeterum nobilitas factione ma-  
 gis pollebat 17: plebis vis soluta 18, atque in mul-  
 7 titudinem dispersa, minus poterat 19. Paucorum  
 arbitrio belli domique respublicae agitabatur 20:  
 penes eosdem aerarium, prouinciae, magistratus,  
 gloriae, triumphique erant: populus militia 21  
 at-

3 ex. 4 quae solent ab hominibus anteponi aliis omni-  
 bus. 5 ab hostibus. 6 moribus, exercitationibus. 7  
 postquam. 8 ab hostibus. 9 ex animis Romanorum.  
 10 statim. 11 ea uicia, quae oriri solent in rebus felicibus.  
 12 inuaserunt animos Romanorum. 13 ipsis intolerabile  
 fuit. 14 lubricinam habere. 15 inter has duas factiones.  
 16 fuit. 17 potentior erat. 18 sine certo imperio. 19  
 non tam potens erat. 20 administrabatur. 21 per consti-  
 tuam militiam.

atque inopia <sup>22</sup> vrgebatur <sup>23</sup>; praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant <sup>24</sup>. Interea <sup>3</sup> parentes, aut parui liberi militum, vti quisque potentiori confinis erat <sup>25</sup>, sedibus <sup>26</sup> pellebantur. Ita cum potentia auaritia sine modo moderatiaque <sup>27</sup> inuadere <sup>28</sup>, polluere & vastare omnia, nihil pensi <sup>29</sup>, neque sancti habere, quoad <sup>30</sup> semetipsa <sup>31</sup> praecipitavit <sup>32</sup>. Nam vbi <sup>33</sup> primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustae potentiae anteponerent: moueri <sup>34</sup> ciuitas, & dissensio ciuilis, quasi permixtio terrae <sup>35</sup>, oriri coepit.

22 egestate. 23 premebatur. 24 ad se rapiebant. 25 prout quisque habebat vicinum potentiozem. 26 ex possessionibus suis & agris. 27 moderatione. 28 coepit. 29 nihil considerare. 30 donec tandem. 31 respublica. 32 in perniciem. 33 quamprimum. 34 turbari coepit. 35 terrae motus.

CAPVT XLII.

**N**Am postquam Tiberius & C. Gracchus, quorum maiores Punico <sup>1</sup>, atque aliis bellis multum reipub. addiderant <sup>2</sup>, vindicare <sup>3</sup> plebem in libertatem, & paucorum scelera patefacere coepere: nobilitas noxia <sup>4</sup>, atque eo percussa <sup>5</sup>, modo per socios, & nomen Latinum, interdum, per equites Romanos, quos spes societatis <sup>6</sup> a plebe

G 6 di-

1 In bello Punico. 2 multas provincias adiecerant imperio Romano. 3 ponere. 4 fuit. 5 atque ad tam graue periculum compulsa. 6 cum Nobilibus & Senatu incedae.

dimouerat 7, Gracchorum actionibus obuiam ierat: & primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem 8 Caium 9, Tribun. pl.<sup>10</sup> alterum triumvirum coloniis deducendis<sup>11</sup>, cum<sup>12</sup>

2 M. Fulvio Flacco ferro necauerat. Et sane Gracchis, cupidine<sup>13</sup> victoriae, haud satis animus moderatus fuit. Sed bono vinci fatius est, quam

4 malo more iniuriam vincere<sup>14</sup>. Igitur ea victoria nobilitas ex lubricitate sua usa<sup>15</sup>, mortales multos ferro aut fuga<sup>16</sup> exstinxit; plusque in reliquum<sup>17</sup> sibi timoris, quam potentiae, addidit; quae res plerumque magnas civitates pessum dedit, dum alteri altero; vincere quouis modo, &

5 victos acerbius vlcisci<sup>19</sup> volunt. Sed de studiis partium<sup>20</sup>, & omnibus ciuitatis<sup>21</sup> moribus, si singillatim<sup>22</sup>, aut pro magnitudine<sup>23</sup> parem<sup>24</sup> differere: tempus, quam res<sup>25</sup>, maturius deseret<sup>26</sup>; quamobrem ad inceptum<sup>27</sup> redeo.

CA.

7 separauerat. 8 eadem consilia suscipientem. 9 Gracchum. 10 tribunum plebis. 11 qui secundus erat in collegio triumvirali, quod constitutum erat ad deducendas ex vrbe Roma colonias. 12 simul cum. 13 ex. 14 sed homine honesto ac bono melius est si vincitur, quam si malo more iniuriam vincit. 15 postquam nobilitas vsurpauit hanc victoriam ex suo arbitrio. 16. exilio. 17 tempus, in tempora futura. 18 vna factio alteram. 19 crudeliter punire. 20 factionum. 21 Romanae. 22 speciatim. 23 huius negotii grauitate. 24 velim. 25 materiae dicendi, 26 citius mihi deseret. 27 propositum meum.

## CAPVT XLIII.

Post Auli foedus, exercitusque nostri fugam <sup>1</sup>  
 foedam, Metellus, & Silanus consules designati,  
 provincias <sup>1</sup> inter se partiuerant: Metelloque  
 Numidia euenerat <sup>2</sup>, acri viro, & quamquam ad-  
 uerso populi partibus <sup>3</sup>, fama tamen aequabili &  
 inuiolata <sup>4</sup>. Is vbi primum magistratum in-  
 gressus est <sup>5</sup>, alia omnia sibi cum collega commu-  
 nia ratus <sup>6</sup>, ad bellum, quod gesturus erat, ani-  
 mum intendit <sup>7</sup>. Igitur diffidens <sup>8</sup> veteri exer- <sup>2</sup>  
 citui, milites <sup>9</sup> scribere <sup>10</sup>, praesidia vndique  
 accersere: arma, tela, equos, & caetera instru-  
 menta militiae parare: ad hoc commeatum af-  
 fatim <sup>11</sup>, denique omnia, quae in bello vario <sup>12</sup>,  
 & rerum multarum egenti <sup>13</sup>, vsui <sup>14</sup> esse solent.  
 Caeterum ad ea patranda <sup>15</sup> senatus auctoritate, <sup>3</sup>  
 socii, nomenque Latinum, & reges vltra <sup>16</sup> <sup>3</sup>  
 auxilia mittendo, postremo omnis <sup>17</sup> ciuitas  
 summo studio adnitebatur <sup>18</sup>. Itaque, ex sen- <sup>4</sup>  
 tentia omnibus rebus paratis compositisque, in  
 Numidiam proficiscitur <sup>19</sup>, magna spe ciuium,  
 cum

G 7

cum

1. Administrandas. 2 regenda tradita fuerat. 3 fa-  
 ctionibus. 4 tamen is habebat famam hominis bene-  
 fici, & cuius fides esset inuiolata. 5. postquam impera-  
 toris dignitatem suscepit. 6 reliqua negotia putans  
 sibi esse communia cum collega suo, praeter administra-  
 tionem belli Numidici. 7 adplicat. 8. nullam ha-  
 bens fiduciam. 9 novos. 10 coepit colligere, *ver-*  
*ber.* 11 multum. 12 dubio. 13 & in quo multae  
 res necessariae erant. 14 vtilia & necessaria. 15 per-  
 ficienda feliciter. 16 sponte sua. 17 tota. 18 con-  
 tendebat, operam dabat. 19 Metellus.

20

cum propter artes bonas <sup>20</sup>, tum maxime quod aduersum <sup>21</sup> diuitias inuictum animum gerebat: & auaritia <sup>22</sup> magistratuum <sup>23</sup> ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae <sup>24</sup>, hostiumque <sup>25</sup> auctae erant.

<sup>20</sup> prudentiam & morum integritatem. <sup>21</sup> contra-  
<sup>22</sup> per auaritiam. <sup>23</sup> Proconsulum & Legatorum. <sup>24</sup>  
debilitatae. <sup>25</sup> potentia.

## CAPVT XLIV.

- 1** Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur a Sp. Albino proconsule, iners, imbellis <sup>1</sup>, neque periculi, neque laboris patiens, lingua <sup>2</sup> quam manu <sup>3</sup> promptior, praedator ex focis <sup>4</sup>, & ipse praeda hostium, sine imperio, & modestia habitus <sup>5</sup>. Ita imperatori nouo plus <sup>6</sup> ex malis moribus <sup>7</sup> sollicitudinis, quam ex copia, <sup>8</sup> militum auxilii, aut bonae spei, accedebat <sup>9</sup>.
- 3** Statuit tamen Metellus, quamquam & aestiuorum <sup>10</sup> tempus comitorum mora <sup>11</sup> imminuerat; &, expectatione euentus <sup>12</sup>, ciuium animos intentos <sup>13</sup> putabat; non prius bellum at-
- tin-

---

<sup>1</sup> Sine armis, valde debilis, non bellicosus. <sup>2</sup> laetantia verborum. <sup>3</sup> fortitudine. <sup>4</sup> qui aduersus erat praedam agere ex focis. <sup>5</sup> & ipse hic exercitus factus saepe fuerat praeda hostium, dum sine imperio & modestia vivebat. <sup>6</sup> maior cura. <sup>7</sup> huius exercitus. <sup>8</sup> multitudine. <sup>9</sup> erat. <sup>10</sup> castrorum. <sup>11</sup> dum comitia Romae protrahata fuerant. <sup>12</sup> huius belli. <sup>13</sup> cupidos.

ting  
labo  
tris  
cre  
pon  
mil  
odo  
sub  
ceb  
rat  
que  
vill  
pra  
me  
pra  
re  
cur  
ria  
alia

rum  
tem  
Log  
22  
bus  
fi.  
mue  
stra  
Kri  
ficer

tingere <sup>14</sup> quam maiorum disciplina <sup>15</sup> milites laborare <sup>16</sup> coëgisset. Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade percussus, postquam decreuerat non egredi prouincia <sup>17</sup>, quantum temporis aestiuorum in imperio fuit <sup>18</sup>, plerumque milites in statiuis <sup>19</sup> castris habebat: nisi cum odos <sup>20</sup>, aut pabuli egestas <sup>21</sup> locum <sup>22</sup> mutare subegerat. Sed neque more militari vigiliae ducebantur; Vti cuique lubebat <sup>23</sup>, ab signis <sup>24</sup> aberrat: Lixae <sup>25</sup> permixti cum militibus diu noctuque vagabantur: & palantes <sup>26</sup> agros vastare <sup>27</sup>, villas expugnare, pecoris & mancipiorum <sup>28</sup> praedas certantes <sup>29</sup> agere: eaque mutare <sup>30</sup> cum mercatoribus vino aduectitio <sup>31</sup>, & aliis talibus: praeterea, frumentum publice, <sup>32</sup> datum vendere <sup>33</sup>, panem in dies <sup>34</sup> mercari: postremo, quaecumque dici, aut fingi <sup>35</sup> queunt ignauiae luxuriaeque probra <sup>36</sup>, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius.

CA-

14 adgredi statuit. 15 disciplinam veterum Romanorum. 16 ad laborandum. 17 ex. 18 per omne illud tempus, quod fuit cum imperio in castris aestiuis. 19 *Still-Lager*. 20 odor foetidus. 21 *der Mangel an Fourage*. 22 castrorum. 23 quilibet pro suo lobitu. 24 militariibus. 25 *die Marquetender, der Trofs*. 26 passim dispersi. 27 solebant. 28 seruorum. 29 certatim. 30 permutare, *vertauschen*. 31 pro vino, quod aduehebatur in castra. 32 publicis sumtibus, *aus dem Prouiant-Amte, oder Kriegs-Commissariat*. 33 solebant. 34 quantum sufficeret in singulos dies. 35 cogitari. 36 dedecora.

## CAPVT XLV.

- 1 **S**ed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus<sup>1</sup>, magnum & sapientem virum fuisse comperior<sup>2</sup>: tanta temperantia<sup>3</sup> inter ambitionem saeuitiamque moderantia.
- 2 Namque<sup>4</sup> edicto primo adiumenta, ignauiae sustulisse<sup>5</sup>, ne quisquam in castris panem, aut quem<sup>6</sup> alium cibum coctum venderet; ne lixae exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neue in agmine<sup>7</sup> seruum, aut iumentum<sup>8</sup> haberet: caeteris arte modum statuisse<sup>9</sup>; praeterea transuersis itineribus<sup>10</sup> quotidie castra mouere<sup>11</sup>: iuxta<sup>12</sup> ac si hostes adessent, vallo, atque fossa munire<sup>13</sup>: vigilias crebras ponere, & eas ipse cum legatis<sup>14</sup> circuire<sup>15</sup>, item in agmine in primis<sup>16</sup> modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quisquam ordine egrederetur: uti cum signis<sup>17</sup> frequenter incederent<sup>18</sup>, miles<sup>19</sup> cibum & arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando<sup>20</sup>, exercitum breui confirmauit<sup>21</sup>.

CA.

1 In bello gerendo. 2 accepi. 3 & ita quidem, vt singularis temperantia moderatioque in ipso fuerit inter ambitionem & saeuitiam. 4 nam accepi. 5 instrumenta. 6 Metellum. 7 aliquem. 8 bey der Compagnie im Marsch. 9 equum aut mulum. 10 & accepi, ipsum etiam reliquis militibus & praefectis modum aliquem praescripsisse singulari arte. 11 durch allerhand Contere-Marches. 12 coepit. 13 non aliter. 14 castra. 15 mit seinen Generalen. 16 visitiren. 17 ordinibus. 18 militaribus. 19 marchiren. 20 gregarius. 21 puniendo delicta. 22 fortissimum reddidit.

## CAPVT XLVI.

Interea Iugurtha vbi<sup>1</sup>, quae Metellus agebat, ex  
 1  
 nunciis accepit; simul de innocentia<sup>2</sup> eius cer-  
 tior Romae factus, diffidere suis rebus<sup>3</sup>, ac tum  
 demum veram<sup>4</sup> deditioem facere conatus est.  
 Igitur legatos ad consulem cum suppliciis<sup>5</sup> mit-  
 2  
 tit, qui tantummodo ipsi<sup>6</sup> liberisque<sup>7</sup> vitam pe-  
 terent, alia omnia dederent populo Romano.  
 Sed Metello iam antea experimentis<sup>8</sup> cognitum<sup>3</sup>  
 erat genus Numidarum infidum<sup>9</sup>, ingenio mo-  
 bili<sup>10</sup>, nouarum rerum<sup>11</sup> audidum esse. Itaque<sup>4</sup>  
 legatos alium ab alio diuersos<sup>12</sup> adgreditur: ac  
 paulatim tentando, postquam opportunos sibi  
 cognovit<sup>13</sup>, multa pollicendo persuadet, vt Iu-  
 gurtham maxume viuum<sup>14</sup>, sin id parum pro-  
 cedat<sup>15</sup>, necatum sibi traderent: caeterum pa-  
 lam, quae ex voluntate forent<sup>16</sup>, regi nunciari iu-  
 bet. Dein ipse paucis diebus intento<sup>17</sup> atque<sup>5</sup>  
 infesto<sup>18</sup> exercitu in Numidiam procedit: vbi,  
 contra belli faciem<sup>19</sup>, tuguria<sup>20</sup> plena homi-  
 num,

1 Postquam. 2 quod non pateretur se muneribus  
 corrumpi. 3 tunc demum omnem spem abiicere coepit  
 de felici successu rerum suarum. 4 sinceram. 5 preci-  
 bus supplicibus. 6 Iugurthae. 7 suis. 8 per varia  
 experimenta. 9 homines in Numidia esse infidos. 10.  
 inconstanti. 11 turbarum. 12 separatim singulos.  
 13 postquam videt, illos esse paratos ad obsequium. 14  
 omnino viuum. 15 quod si hoc non posset procedere.  
 16 quae ipse volebat nunciari. 17 cupido ad bellum.  
 18 Inimico, irato. 19 consuetudinem. 20 domos.

num, pecora, cultoresque <sup>21</sup> in agris erant: ex oppidis, & mapalibus <sup>22</sup> praefecti <sup>23</sup> regis obviam procedebant, passim frumentum dare, com-  
<sup>6</sup> meatum portare, postremo omnia, quae impera-  
 rentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine <sup>24</sup> incedere <sup>25</sup>, late <sup>26</sup> explorare omnia, illa deditio-  
<sup>7</sup> nis signa ostentui credere <sup>27</sup>, & insidiis locum  
 tentare <sup>28</sup>. Itaque ipse cum expeditis cohorti-  
 bus, item funditorum <sup>29</sup> & sagittariorum delecta manu <sup>30</sup> apud primos <sup>31</sup> erat: in postremo <sup>32</sup> C. Marius legatus <sup>33</sup> cum equitibus curabat <sup>34</sup>: in utroque latus equites auxiliosos tribunis legionum & praefectis cohortium dispersiverat: uti cum his permixti velites <sup>35</sup>, quocumque accederent, equitatus <sup>36</sup> hostium propulsarent. Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum & militiae erat, ut, absens an praefens, pacem an bellum gerens, perniciosior esset, in incerto haberetur.

CA.

21 agricolae. 22 casae agrestes. 23 Beamten. 24 mit geschlossenen Truppen. 25 coepit. 26 late atque passim. 27 & putare, quasi haec deditio tantummodo in speciem fieret. 28 & quod Iugurtha hac ratione tentaret occasionem insidiarum. 29 Schleuderer. 30 Detachement, Ausstuf. 31 ordines. 32 agmine, in der Arriere Garde. 33 General-Lieutenant. 34 regebat exercitum, commandirete. 35 levis armaturae milites. 36 equitatum.

## CAPVT XLVII.

ERat haud longe ab eo itinere, quo Metellus <sup>1</sup> pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium <sup>2</sup> totius regni maxime celebratum: vbi & incolere, & mercari consueverant Italici generis <sup>3</sup> multi mortales. Huc consul, simul tentandi gratia <sup>4</sup>, & si pate- <sup>2</sup> rentur opportunitates loci, praesidium <sup>5</sup> imposuit; praeterea imperavit frumentum, & alia, quae bello vsui forent, comportare: ratus, id quod res <sup>6</sup> monebat, frequentiam negotiatorum <sup>7</sup> & com- meatum iuuaturum <sup>8</sup> exercitum, & iam paratis rebus munimentum fore <sup>9</sup>. Inter haec negotia <sup>9</sup> Iugurtha impensus <sup>10</sup> modo legatos supplices mittere <sup>11</sup>, pacem orare: praeter suam, liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos <sup>4</sup> <sup>4</sup> item, vti priores <sup>12</sup>, consul illectos <sup>13</sup> ad proditionem domum mittebat: regi <sup>14</sup> pacem postulabat <sup>15</sup> neque abnuere <sup>16</sup>, neque polliceri & inter eas moras promissa legatorum exspectare.

CA.

1 Proficiscebatur. 2 Handels-Stadt. 3 ex Italia. 4 simul vt tentaret hostem. 5 Garnison, Besatzung. 6 necessitas rerum suarum. 7 mercatorum. 8 iuuare posse. 9 hanc urbem. 10 maiori studio. 11 coepit. 12 legatos. 13 persuasos. 14 Iugurthae. 15 volebat Metellus. 16 recusare.

## CAPVT XLVIII.

- I** Vgurtha vbi Metelli dicta cum factis composuit<sup>1</sup>, ac suis se artibus<sup>2</sup> tentari animaduertit, quippe cui verbis<sup>3</sup> pax nunciabatur, caeterum re<sup>4</sup> bellum asperrimum erat, vrbs maxuma alienata<sup>5</sup>, ager hostibus cognitus, animi popularium<sup>6</sup> tentati: coactus rerum necessitudine<sup>7</sup> statuit armis certare. Igitur, explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus, ex opportunitate loci, quam maxumas potest copias omnium generum<sup>8</sup> parat, ac per tramitas<sup>9</sup> occultos exercitum Metelli anteuenit. Erat in ea parte Numidia, quam Atherbal in diuisione possederat<sup>10</sup>, flumen, oriens<sup>11</sup> a meridie, nomine Muchul, a quo aberat mons ferme milia passuum XX. tractu pari<sup>12</sup>, vastus ab natura & humano cultu<sup>13</sup>; sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertinens<sup>14</sup> vestitus oleastro<sup>15</sup> ac myrtetis<sup>16</sup>, aliisque generibus arborum, quae humo arida atque arenosa<sup>17</sup> gignuntur. Media autem planicies deserta penuria<sup>18</sup> aquae, praeter fluminis propinqua loca:

1 expendit, comparat. 2 per easdem artes, calliditatem, simulationem & insidias. 3 blandis. 4 re ipsa. 5 in potestatem Romanorum redacta. 6 subditorum Numidarum. 7 varii generis. 8 acceperat. 9 quod flumen oritur. 10 in gleicher Weite. 11 ingens mons & non cultus ab hominibus. 12 streckt sich sehr weit hinaus. 13 confitus oleastro, mit wilden Oelbaeumen bepflanztet. 14 Myrten-Gestrüppe. 15 deserta est ob penuriam aquae.

ca 16: ea confita arbutis 17, pecore atque cultoribus 18 frequentabantur 19.

16 exceptis iis locis, quae p opiora sunt flumini. 17 mit Baeumen besetzt. 18 ab agricolis. 19 habitantur.

## CAPVT XLIX.

**I**gitur in eo colle, quam transuerso itinere 1 porrectum docuimus 1, Iugurtha, extenuata 2 suorum acie, confedit 3: elephantis, & partii copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit; eumque edocet, quae ageret: ipse propior 4 montem cum omni equitatu & peditibus delictis suos collocat: dein singulas turmas & manipulos 5 circuiens monet, atque obtestatur 6, uti memores pristinae virtutis & victoriae, sese, regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant; cum his certamen fore, quos antea victos sub iugum miserint: ducem illis 7, non animum 8, mutatum 9, quae ab Imperatore decuerint 10, omnia suis prouisa 11: locum superiorem 12, uti prudentes cum imperitis, nec pauciores cum pluribus, aut rudes 13 cum bello melioribus 14 manum conferent 15. Proinde parati intentique 16 essent, signo dato, 2 Romanos inuadere: illum diem aut omnes labores

1 De quo diximus, quod transuersa via, sese extendet. 2 extensa. 3 castra posuit. 4 paullo propius ad montem. 5 *Rotten, Corporalschaffren.* 6 rogat. 7 Romanis. 8 quippe adhuc satis imbellem. 9 esse. 10 fieri. 11 iam esse. 12 altiorem esse. 13 inexcitati. 14 cum iis, qui magis exercitati sint in bello. 15 pugnarent. 16 alacres.

- bores, & victorias<sup>17</sup> confirmaturum<sup>18</sup>, aut maxumarum aerumnarum initium fore. Ad hoc viritim<sup>19</sup>, vti quemque ob militare facinus<sup>20</sup> pecunia<sup>21</sup> aut honore extulerat, commonefacere<sup>22</sup> beneficii sui, & eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cuiusque ingenio<sup>23</sup>, pollicendo, minitando, obtestando<sup>24</sup>, alium alio modo excitare<sup>25</sup>: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicitur.
- 4 Primo dubius, quidnam insolita facies<sup>26</sup> ostenderet; (nam inter virgulata<sup>27</sup> equi Numidaeque confederant, neque plane occultati humilitate<sup>28</sup> arborum, & tamen incerti quidnam esset, cum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria obscurati<sup>29</sup>:) dein, breui cognitis insidiis, paulisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hostis<sup>30</sup> erat, triplicibus subsidiis<sup>31</sup> aciem instruxit: inter manipulos funditores & sagittarios dispersit, equitatum omnem in cornibus<sup>32</sup> locat: ac pauca pro tempore<sup>33</sup> milites hortatus, aciem, sicut instruxerat, transuorsis principiis<sup>34</sup> in planum<sup>35</sup> deducit.

CA.

17 pristinas. 18 esse. 19 *Mann vor Mann, ieden absonderlich.* 20 praeclarum. 21 per munera. 22 coepit. 23 cupiditate. 24 rogando. 25 coepit. 26 spectaculum. 27 *Gestrüppe.* 28 *durch die Niedrigkeit.* 29 quippe dum obscurati erant ipsi atque signa militaria tum per naturam loci, tum per dolum & stratagemata. 30 ad hostes. 31 *Hinterhalt.* 32 *auf den Flügeln.* 33 pro circumstantia temporis. 34 dum frontes agminis oblique incedebant. 35 in planiciem.

CAPVT L.

SED, vbi Numidas quietos <sup>1</sup>, neque colle de- <sup>1</sup>  
 Sgredi aminaduertit, veritus ex anni tempore,  
 & inopia aquae, ne siti conficeretur <sup>2</sup> exercitus  
 Rutilium legatum cum expeditis cohortibus,  
 & parte equitum praemiserat ad flumen, vti lo-  
 cum castris ante caperet <sup>3</sup>: existumans hostes  
 crebro impetu, & transuorsis praeliis <sup>4</sup> iter suum  
 remoraturus <sup>5</sup>, & quoniam armis diffident <sup>6</sup>,  
 lassitudinem & sitim militum <sup>7</sup> tentaturos <sup>8</sup>.  
 Dein ipse pro re atque loco <sup>9</sup>, sicuti monte de- <sup>2</sup>  
 scenderat, paulatim procedere <sup>10</sup>: Marium post  
 principia <sup>11</sup> habere, ipse <sup>12</sup> cum <sup>13</sup> sinistrae alae  
 equitibus esse, qui in agmine principes <sup>14</sup> facti e-  
 rant. At Iugurtha, vbi extremum agmen Me- <sup>3</sup>  
 telli primos suos <sup>15</sup> praetergressum <sup>16</sup> videt,  
 praesidio quasi <sup>17</sup> ducum millium pedum mon-  
 tem occupat, quas <sup>18</sup> Metellus descenderat: ne for-  
 te cedentibus aduersariis receptui, ac post muni-  
 mento foret <sup>19</sup>: dein, repente signo dato ho-  
 stes inuadit. Numidae alii postremo <sup>20</sup>; caede- <sup>4</sup>  
 re,

CA.

<sup>1</sup> Esse. <sup>2</sup> periret. <sup>3</sup> ante hostem occuparet. <sup>4</sup> *mit*  
*scharmutziren*, subitaneis & paruis impronisque prae-  
 liis. <sup>5</sup> esse. <sup>6</sup> & quia hostes nullam spem in armis suis  
 ponerent. <sup>7</sup> Romanorum. <sup>8</sup> esse. <sup>9</sup> pro ratione rei at-  
 que locorum. <sup>10</sup> coepit. <sup>11</sup> *in der Arrieregarde*. <sup>12</sup>  
 Metellus. <sup>13</sup> apud equites. <sup>14</sup> *die Vordersten*. <sup>15</sup> mi-  
 lites. <sup>16</sup> esse. <sup>17</sup> fere. <sup>18</sup> per quem. <sup>19</sup> ne forte hic  
 mons idoneus fieret, in quem se reciperent hostes ce-  
 dentes, & in quo sese postea possent munire. <sup>20</sup> Ro-  
 manorum milites.

re <sup>21</sup>, pars a sinistra, ac dextra tentare : infensi ad-  
 esse atque instare <sup>22</sup> ; omnibus locis Romanorum  
 ordines conturbare, quorum etiam qui firmiori-  
 bus <sup>23</sup> animis obuui hostibus fuerant, ludificati <sup>24</sup>  
 incerto praelio, ipsi modo eminus <sup>25</sup> sauciaban-  
 tur, neque contra feriundi aut conferendi <sup>26</sup> ma-  
 5 num copia <sup>27</sup> erat. Ante iam docti <sup>28</sup> ab Lu-  
 gurtha equites, vbi cumque Romanorum turma  
 insequi coeperat, non confertim <sup>29</sup>, neque in v-  
 num <sup>30</sup> sese recipiebant, sed alius alio quam ma-  
 6 xume diuorsi <sup>31</sup>. Ita numero priores <sup>32</sup>, si a perse-  
 quendo hostes <sup>33</sup> deterrere nequuerant, disiectos  
 ab <sup>34</sup> tergo a lateribus circumueniebant : sin op-  
 portunior fugae collis, quam campi fuerant <sup>35</sup>, eo  
 vero <sup>36</sup> consueti Numidarum equi facile inter  
 virgulta euadere <sup>37</sup>; nostros <sup>38</sup> asperitas & insol-  
 7 entia <sup>39</sup> loci retinebat <sup>40</sup>.

CA.

---

<sup>21</sup> occidere coeperunt. <sup>22</sup> Romanis. <sup>23</sup> alacri-  
 ribus. <sup>24</sup> vexati. <sup>25</sup> ex longinquo. <sup>26</sup> pugnan-  
 di. <sup>27</sup> occasionem, facultatem. <sup>28</sup> edocti fuerant.  
<sup>29</sup> *Troupp Hauffen weise*. <sup>30</sup> locum. <sup>31</sup> *einer hie der*  
*andre dort hin*. <sup>32</sup> ita cum Numidae praestarent Ro-  
 manos numero militum. <sup>33</sup> hostem. <sup>34</sup> Romanos  
 dispersos. <sup>35</sup> quod si vero collis opportunior fuerat ad  
 fugam, quam campi. <sup>36</sup> tunc vero demum. <sup>37</sup> dis-  
 fugere, sese occultare potuerunt. <sup>38</sup> Romanos milites.  
<sup>39</sup> ignorantia. <sup>40</sup> ab insequendo hoste.

## CAPVT LI.

CAETERUM facies <sup>1</sup> totius negotii varia, incerta, foeda, atque miserabilis, dispersi a suis <sup>2</sup>, pars cedere <sup>3</sup>, alii insequi <sup>4</sup>: neque signa, neque ordines obseruare <sup>5</sup>: vbi quemque periculum ceperat <sup>6</sup>, ibi resistere, ac propulsare <sup>7</sup>: arma, equi, viri, hostes, ciues permixti <sup>8</sup>: nihil consilio, neque imperio agi <sup>9</sup>: fors <sup>10</sup> omnia regere. Itaque multum <sup>11</sup> diu processerat, cum etiam tum euentus <sup>12</sup> in incerto erat. Denique omnibus labore & aestu languidis <sup>13</sup>, Metellus, vbi videt Numidas minus instare <sup>14</sup>, paulatim milites in vnum conducit, ordines restituit, & cohortes legionarias quatuor aduersum <sup>15</sup> pedites hostium collocat: (Eorum magna pars superioribus <sup>16</sup> locis fessa confederat:) simul orare <sup>17</sup>, hortari milites, ne deficerent <sup>18</sup>, neu paterentur hostes fugientes vincere; neque illis <sup>19</sup> castra esse, neque munimentum vllum, quo cedentes <sup>20</sup> tenderent <sup>21</sup>: in armis omnia sita <sup>22</sup>. Sed nec Iugurtha

<sup>1</sup> Status, conditio. <sup>2</sup> nostri milites. <sup>3</sup> coeperunt. <sup>4</sup> hostem. <sup>5</sup> potuerunt. <sup>6</sup> occupauerat, arripuerat. <sup>7</sup> hostem. <sup>8</sup> fuerunt inuicem. <sup>9</sup> potuit. <sup>10</sup> fortuna, seu casus fortuitus tunc rexit omnia. <sup>11</sup> multa pars. <sup>12</sup> praelii. <sup>13</sup> defatigatis. <sup>14</sup> non amplius vt antea pugnare. <sup>15</sup> contra. <sup>16</sup> in altioribus. <sup>17</sup> coepit. <sup>18</sup> animo, ne animum abiicerent. <sup>19</sup> hostibus. <sup>20</sup> in quae castra hostes fugientes. <sup>21</sup> se possent conferre. <sup>22</sup> omniae spem & felicem euentum positum esse.

H

tha quidem interea quietus erat, circuire <sup>23</sup>, hor-  
tari, renouare praelium, & ipse cum delectis <sup>24</sup>  
tentare omnia: subuenire <sup>25</sup> suis, hostibus dubiis  
instare <sup>26</sup>, quos firmos <sup>27</sup> cognouerat, eminus pu-  
gnando retinere.

<sup>23</sup> suis coepit. <sup>24</sup> militibus. <sup>25</sup> auxilio venire coe-  
pit. <sup>26</sup> hostem premere, adgredi. <sup>27</sup> firmiter stantes.

## CAPVT LII.

**1** EO modo duo imperatores summi viri, inter  
se certabant; ipsi pares, caeterum opibus <sup>1</sup>  
**2** disparibus. Nam Metello virtus <sup>2</sup> militum erat,  
locus aduersus: Iugurthae alia omnia, praeter  
**3** milites, opportuna <sup>3</sup>. Denique Romani, vbi in-  
telligunt neque sibi profugium <sup>4</sup> esse, neque ab  
hoste copiam <sup>5</sup> pugnandi fieri; (& iam dici ve-  
sper erat:) aduerso colle, sicuti praeceptum fue-  
**4** rat, euadunt <sup>6</sup>. Amisso loco Numidae fusi fuga-  
tique, pauci interiire: plerosque velocitas, & re-  
**5** gio hostibus <sup>7</sup> ignara, tuta sunt <sup>8</sup>. Interea Bo-  
milcar, quem elephantis & parti copiarum pede-  
strium praefectum <sup>9</sup> ab Iugurtha supra diximus,  
vbi eum Rutilius praetergressus est, paulatim su-  
os in aequum <sup>10</sup> locum deducit: ac dum legatus <sup>11</sup>  
ad

---

<sup>1</sup> Disparibus viribus. <sup>2</sup> fortitudo. <sup>3</sup> erant. <sup>4</sup> lo-  
cum esse, ad quem possint profugere. <sup>5</sup> occasionem. <sup>6</sup>  
diffugiunt. <sup>7</sup> Romanis. <sup>8</sup> securitatem praestant. <sup>9</sup>  
fuisse. <sup>10</sup> planum & opportunum. <sup>11</sup> Rutilius.

ad flumen, quo <sup>12</sup> praemissus erat, festinans pergit <sup>13</sup>, quietus, vti res postulabat, aciem exornat: neque remittit <sup>14</sup>, quid vbiq̄ue hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium confedisse iam, & <sup>6</sup> animo vacuum <sup>15</sup> accepit <sup>16</sup>, simulque ex Iugurthae praelio clamorem augeri: veritus, ne legatus <sup>17</sup>, cognita re, laborantibus <sup>18</sup> suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat <sup>19</sup>, quo hostium itineri officeret <sup>20</sup>, latius porrigit <sup>21</sup>: eoque modo ad Rutili castra procedit.

<sup>12</sup> ad quod. <sup>13</sup> proficiscitur. <sup>14</sup> intermittit. <sup>15</sup> sine metu atque cura. <sup>16</sup> audivit. <sup>17</sup> Rutilius. <sup>18</sup> in periculo versantibus. <sup>19</sup> per stratagema, artificiose direxerat, instruxerat. <sup>20</sup> vt hostem impedire posset in itinere. <sup>21</sup> extendit.

CAPVT LIII.

**R**Omani ex improvise pulveris vim magnam animadvertunt: nam prospectum <sup>1</sup> ager arbutis confitus prohibebat <sup>2</sup>; Et primo rati <sup>3</sup> humum aridam vento agitari: post vbi aequabilem <sup>4</sup> manere, & sicut acies movebatur <sup>5</sup>, magis magisque appropinquare vident; cognita re properantes arma capiunt, ac pro castris <sup>6</sup>, sicut imperabatur, consistunt. Dein, vbi propius ventum est, vtrunque <sup>2</sup> magno clamore concurritur. Numidae tantum- <sup>3</sup>

H 2 mo-

<sup>1</sup> Den Prospect, accuratam considerationem. <sup>2</sup> - peditebat. <sup>3</sup> persuasi. <sup>4</sup> pulverem. <sup>5</sup> procedebat. <sup>6</sup> ante castra.

modo 7 remorati 8, dum in elephantis auxilium  
 putant 9; postquam eos 10 impeditos ramis ar-  
 borum, atque ita disiectos circumueniri 11 vident,  
 fugam faciunt: ac plerique abiectis armis, collis  
 aut noctis, quae iam aderat auxilio integri 12 ab-  
 4 eunt. Elephantum quatuor capti 13, reliqui omnes  
 numero quadraginta interfecti. At Romani  
 5 quamquam itinere, atque opere 14 castrorum, &  
 praelio fessi lassique erant: tamen, quod Metel-  
 lus amplius 15 opinione morabatur, instructi 16  
 6 intentique obuiam procedunt. Nam dolus Nu-  
 midarum nihil languidi, neque remissi 17 patie-  
 7 batur. Ac primo obscura nocte, postquam haud  
 procul inter se erant, strepitu, veluti hostes ad-  
 ventarent, alteri apud alteros formidinem simul,  
 & tumultum facere 18: & pene imprudentia 19  
 admissum 20 facinus miserabile, ni utrinque  
 8 praemissi equites rem explorauissent. Igitur  
 pro metu 21 repente gaudium exortum 22:  
 milites alius alium laeti adpellant 23, aëta edo-  
 cent 24, atque audiunt: sua quisque fortia fa-  
 cta ad coelum fert 25. Quippe res humanae ita  
 sese habent; in victoria vel 26 ignavis gloria-  
 ri

7 paulisper. 8 sunt. 9 ponunt. 10 elephantos.  
 11 circumdati a Romanis. 12 salui atque incolumes.  
 13 fuerunt. 14 munitione. 15 diutius quam puta-  
 bant. 16 armis. 17 nullum neque languorem neque re-  
 missionem. 18 coeperunt. 19 per imprudentiam. 20  
 fuisse. 21 loco timoris. 22 est. 23 adloquuntur. 24  
 quid actum fuerit in praelio narrant. 25 laudibus. 26  
 etiam.

ri licet: aduersae res etiam bonos detre-  
ctant 27.

24 ignominia obruunt.

CAPVT LIV.

**M**Etellus in iisdem castris quatrinduo<sup>1</sup> mora-  
tus, faucios cum cura reficit<sup>2</sup>: meritos<sup>3</sup>  
in praeliis more militiae donat, uniuersos in  
concione laudat, atque agit gratias: hortatur,  
ad + caetera, quae leuia<sup>5</sup> sint, parem animum  
gerant: pro victoria satis iam pugnatum<sup>6</sup>, re-  
liquos labores pro praeda fore. Tamen interim<sup>2</sup>  
transfugas, & alios opportunos<sup>7</sup>, Iugurtha  
vbi gentium<sup>8</sup>, aut quid agitarret, cum pau-  
cisne esset<sup>9</sup>, an exercitum<sup>10</sup> haberet, vti sese  
victus gereret, exploratum<sup>11</sup> misit. At ille sese<sup>3</sup>  
in loca saltuosa<sup>12</sup>, & natura<sup>13</sup> munita re-  
ceperat: ibique cogebat<sup>14</sup> exercitum nume-  
ro hominum amplio<sup>15</sup>, sed hebetem<sup>16</sup>  
infirmumque, agri ac pecoris magis, quam  
belli cultorem<sup>17</sup>. Id ea gratia<sup>18</sup> eueniebat,<sup>4</sup>  
quod praeter equites regios<sup>19</sup> nemo omni-  
um Numida ex fuga regem sequitur: quo cu-  
iusque animus<sup>20</sup> fert, eo discedunt: neque

H 3

id

1 Per quatuor dies. 2 recreat. 3 eos qui bene me-  
ruerant in praelio. 4 vt ad. 5 non ita difficilia. 6 esse.  
7 homines idoneos. 8 quibus in locis. 9 an paucos  
tantummodo secum haberet. 10 integrum. 11 ad ex-  
plorandum. 12 syluestria. 13 per naturam. 14 colli-  
gebat. 15 maiorem quidem. 16 non exercitatum. 17  
expertum. 18 ideo accidebat. 19 Leib-Garde zu Pfar-  
de. 20 voluntas.

id flagitium militiae <sup>21</sup> ducitur: ita se mores <sup>22</sup>  
<sup>3</sup> habent. Igitur Metellus ubi videt, etiam tum <sup>23</sup>  
 regis animum ferocem esse; bellum renouari,  
 quod nisi ex illius lubidine <sup>24</sup> geri non posset:  
 praeterea iniquum <sup>25</sup> certamen sibi <sup>26</sup> cum hosti-  
 bus; minore detrimento <sup>27</sup> illos <sup>28</sup> vinci,  
 quam suos <sup>29</sup> vincere: statuit non praeliis <sup>30</sup>  
 neque acie <sup>31</sup>, sed alio more bellum gerendum <sup>32</sup>.  
<sup>6</sup> Itaque in loca Numidiae opulentissima pergit <sup>33</sup>:  
 agros vastat, multa castella, & oppida teme-  
 re <sup>34</sup> munita, aut sine praesidio, capit incendit-  
 que: puberes <sup>35</sup> interfici iubet, alia omnia  
 militum praeda esse <sup>36</sup>. Ea formidine multi  
 mortales Romanis dediti <sup>37</sup> obsides, frumen-  
 tum & alia, quae vsui forent, affatim <sup>38</sup> prae-  
 bitae <sup>39</sup>: vbiicumque res postulabat, praesidium  
<sup>7</sup> impositum <sup>40</sup>. Quae negotia <sup>41</sup> multo mag-  
 is, quam praelium male <sup>42</sup> pugnatum ab suis,  
<sup>8</sup> regem terrebant. Quippe cuius spes omnis  
 in fuga sita erat, sequi <sup>43</sup> cogebatur, & qui sua lo-  
 ca defendere nequieverat, in alienis <sup>44</sup> bellum  
<sup>9</sup> gerere. Tamen ex inopia, quod optimum  
 vi-

<sup>21</sup> apud milites. <sup>22</sup> quoniam ipsorum haec consue-  
 tudo est. <sup>23</sup> post infelicem pugnam. <sup>24</sup> arbitrio. <sup>25</sup>  
 non satis aequum. <sup>26</sup> esse. <sup>27</sup> damno. <sup>28</sup> hostes. <sup>29</sup>  
 milites. <sup>30</sup> fortuitis. <sup>31</sup> aperta. <sup>32</sup> esse. <sup>33</sup> profi-  
 ciscitur. <sup>34</sup> non satis, subito *wider einen geschwinden*  
*Anlauff*. <sup>35</sup> iuvenes ad bellum idoneos. <sup>36</sup> reliqua o-  
 mnia relinquuntur militibus in praedam. <sup>37</sup> fuerunt. <sup>38</sup>  
 in magna copia. <sup>39</sup> fuerunt. <sup>40</sup> fuit vrbibus. <sup>41</sup> quod  
 consilium Metelli. <sup>42</sup> infeliciter. <sup>43</sup> Romanos. <sup>44</sup>  
 locis inopportunis.

videbatur, consilium capit: exercitum plerumque<sup>45</sup> in iisdem locis opperiri<sup>46</sup> iubet: ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur: nocturnis & auiis<sup>47</sup> itineribus ignoratus<sup>48</sup>, Romanos palantes<sup>49</sup> repente adgreditur. Eorum plerique<sup>10</sup> inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus<sup>50</sup> profugit: & Numidae, priusquam ex castris subueniretur<sup>51</sup>, sicuti iusserant, in proximos colles discedunt.

<sup>45</sup> plurimam exercitus sui partem. <sup>46</sup> expectare. <sup>47</sup> *unwegsam*. <sup>48</sup> non praecisus a Romanis. <sup>49</sup> dispersos. <sup>50</sup> sine vulnere. <sup>51</sup> priusquam auxilla possent aduenire ex castris Romanorum.

CAPVT LV.

**I**nterim Romae gaudium ingens ortum<sup>1</sup> cognitis Metelli rebus, uti<sup>2</sup> seque & exercitum more majorum gereret, in<sup>3</sup> aduerso loco victor tamen virtute<sup>4</sup> fuisset: hostium agro potiretur<sup>5</sup>; Iugurtham, magnificum<sup>6</sup> ex Auli solertia, spem salutis in solitudine aut fuga coegisset habere. Itaque Senatus, ob ea feliciter acta,<sup>2</sup> diis immortalibus supplicia<sup>7</sup> decernere<sup>8</sup>: civitas trepida antea & sollicita de belli euentu, laeta agere<sup>9</sup>: de Metello fama praeclara esse. Igitur eo intentior<sup>10</sup> ad victoriam niti<sup>11</sup>, omni-<sup>3</sup>

H 4 bus

<sup>1</sup> fuit. <sup>2</sup> quemadmodum. <sup>3</sup> uti licet in. <sup>4</sup> per virtutem suam. <sup>5</sup> provinciam occupasset. <sup>6</sup> qui superbus factus fuerat. <sup>7</sup> solennem gratiarum actionem. <sup>8</sup> coepit. <sup>9</sup> esse. <sup>10</sup> eo maiori cupiditate. <sup>11</sup> contendere.

bus modis festinare, cauere tamen, nec ubi <sup>12</sup> hosti  
 opportunus fieret <sup>13</sup>; meminisse <sup>14</sup>, post glo-  
 4 riam inuidiam sequi <sup>15</sup>. Ita, quo clarior, eo ma-  
 gis anxius erat: neque post insidias Iugurthae  
 effuso exercitu praedari <sup>16</sup>; ubi frumento aut  
 pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu  
 praesidium agitabant: exercitus <sup>17</sup> partem ipse  
 5 <sup>18</sup>, reliquos <sup>19</sup> Marius ducebat. Sed igni <sup>20</sup> ma-  
 6 gis, quam praeda, ager vastabatur. Duobus  
 7 locis haud longe inter se castra faciebant. Vbi  
 vi opus erat cuncti aderant: caeterum, quo fu-  
 ga atque formido latius cresceret, diuorsi <sup>21</sup> age-  
 8 bant. Eo tempore Iugurtha per colles sequi <sup>22</sup>,  
 tempus aut locum pugnae quaerere, qua <sup>23</sup> ven-  
 turum hostem audierat, pabulum & aquarum  
 fontes, quorum penuria erat, corrumpere, mo-  
 do se Metello, interdum Mario ostendere; po-  
 stremos in agmine tentare <sup>24</sup> ac statim in colles  
 regredi; rursus aliis post aliis <sup>25</sup> minitari, neque  
 praelium facere, neque otium <sup>26</sup> pati, tantummo-  
 do hostem ab incepto <sup>27</sup> retinere <sup>28</sup>.

CA.

<sup>12</sup> ne alicubi. <sup>13</sup> opportuno loco ab hostibus obrue-  
 retur. <sup>14</sup> semper memor erat Metellus. <sup>15</sup> quod inui-  
 dia sequatur post gloriam. <sup>16</sup> neque voluit, ut totus exer-  
 citus praedam ageret sine ordine. <sup>17</sup> totus. <sup>18</sup> Me-  
 tellus. <sup>19</sup> milites. <sup>20</sup> per incendia. <sup>21</sup> dispersi. <sup>22</sup>  
 coepit R manos. <sup>23</sup> ubi, per quem. <sup>24</sup> adgredi. <sup>25</sup>  
 modo his modo illis. <sup>26</sup> quietus esse. <sup>27</sup> proposito suo.  
<sup>28</sup> prohibere, impedire.



veniant, fortunam illis praeclari facinoris casum dare <sup>20</sup>; si id fecerint, postea sese in regno illos <sup>21</sup> in libertate sine metu aetatem <sup>22</sup> acturos.

- 5 Ac ni Marius signa inferre <sup>23</sup>, atque euadere oppido properauisset, profecto cuncti, aut magna  
6 pars Siccensium, fidem <sup>24</sup> mutauissent. Tanta mobilitate sese Numidae gerunt <sup>25</sup>. Sed milites Iugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam maiore vi hostes <sup>26</sup> vrgent, paucis amissis profugi discedunt.

<sup>20</sup> dum fortuna ipsis praebet occasionem praeclari facinoris. <sup>21</sup> Siccenses. <sup>22</sup> vivere posse. <sup>23</sup> hostibus. <sup>24</sup> Romanis antea datam. <sup>25</sup> vsque adeo inconstans est fides Numidarum. <sup>26</sup> Romanos premunt.

## CAPVT LVII.

- 1 **M**Arius ad Zamam peruenit: id quod oppidum in campo situm magis opere <sup>1</sup>, quam natura <sup>2</sup> munitum erat, nullius idoneae  
2 rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco <sup>3</sup> paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumuenit <sup>4</sup>:  
3 legatis <sup>5</sup>, imperat, vbi quisque curaret <sup>6</sup>. Dein, signo dato, vndique simul clamor ingens oritur; neque ea res Numidas terret, infensi intentique <sup>7</sup> sine tumultu manent: praelium incipitur. Romani pro ingenio <sup>8</sup> quisque,  
pars

1 Mans, fortificavit. 2 a natura. 3 pro statu & conditione temporis locique. 4 circumdedit. 5 denen Generals - Personen. 6 commandiren solse. 7 ad praelium cupidi. 8 pro studio suo quilibet.

pars eminus glande <sup>9</sup> aut lapidibus pugnare <sup>10</sup>,  
 euadere <sup>11</sup> alii, alii succedere <sup>12</sup>, ac murum modo  
 suffodere, modo scalis adgredi <sup>13</sup>; cupere prae-  
 lium manibus facere. Contra ea oppidani in <sup>4</sup>  
 proximos <sup>14</sup> saxa voluere <sup>15</sup>, fudes <sup>16</sup>, pila, prae-  
 terea pice & sulphure taedam <sup>17</sup> mistam, ardentia  
 mittere <sup>18</sup>. Sed ne illos <sup>19</sup> quidem, qui procul <sup>20</sup> <sup>5</sup>  
 manserant, timor animi satis muniuerat <sup>21</sup>. Nam <sup>6</sup>  
 plerosque iacula, tormentis aut manu emissa <sup>22</sup>,  
 vulnerabant: parique periculo, sed fama <sup>23</sup> im-  
 pari, boni atque ignaui erant.

<sup>9</sup> globulis. <sup>10</sup> coeperunt. <sup>11</sup> adscendere muros. <sup>12</sup>  
 his, qui iam adscenderant. <sup>13</sup> adscendere scalis admotis.  
<sup>14</sup> in eos qui proxime stabant ad murum. <sup>15</sup> coepe-  
 runt. <sup>16</sup> *Pfaele*. <sup>17</sup> taedas, faces, *brennende Fackeln*,  
*Pechkraentze*. <sup>18</sup> deiicere. <sup>19</sup> Romanos. <sup>20</sup> a mu-  
 ris. <sup>21</sup> defendere poterat. <sup>22</sup> quae emittebantur, *ab-*  
*geschossen*. <sup>23</sup> gloria.

CAPVT LVIII.

**D**Um apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex <sup>1</sup>  
 improviso castra hostium <sup>1</sup> cum magna  
 manu inuadit <sup>2</sup>: remissis <sup>3</sup>, qui in praesidio  
 erant, & alia omnia <sup>4</sup> magis, quam praelium ex-  
 spectantibus, portam <sup>5</sup> irrumpit. At nostri, <sup>2</sup>  
 repentino metu percussi, sibi quisque pro muri-  
 bus consulunt: alii fugere <sup>6</sup>, alii arma capere,  
 H 6 ma-

<sup>1</sup> Romanorum. <sup>2</sup> adgreditur. <sup>3</sup> dum illi remissi &  
 otiosi erant. <sup>4</sup> alia. <sup>5</sup> castrorum. <sup>6</sup> coeperunt.

- 3 magna pars vulnerati, aut occisi. Caeterum ex omni multitudine non amplius quadraginta memores nominis Romani, grege facto 7 locum capere 8, pullo, quam alii 9, editiorem 10, neque inde maxuma vi depelli quiuerunt: sed tela eminus missa remittere 11, pauci in pluribus minus frustrati 12: sin Numidae propius accessissent, ibi vero 13 virtutem 14 ostendere 15, & eos maxuma vi caedere, fundere, atque fugare. Interim Metellus, cum acerrume 16 rem gereret, clamorem & tumultum hostilem a tergo accepit: dein, conuerso equo, animaduortit fugam ad se versus 17 fieri: quae res indicat populares 18 esse.
- 5 Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrumans, per amicitiam, perque rempubl. obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neue hostes inultos abire sinat; ille 19 breui 20 mandata efficit.
- 6 At Iugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii 21 super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent 22: multis amissis in loca munita sese recipit. Metellus, infecto negotio 23, postquam nox aderat, in castra cum exercitu reuortitur.

## CA.

7 in vnum collecti. 8 coeperunt. 9 loci. 10 aliorum. 11 in hostem. 12 & cum militum Romanorum pauci essent, ipsorum tela in hostes plurimos iacta, raro frustra erant. 13 tunc demum. 14 fortitudinem suam. 15 coeperunt. 16 fortiter, magno impetu. 17 versus se. 18 suos milites. 19 Marius. 20 tempore. 21 pars suorum. 22 obstarent in fuga. 23 non confecto negotio.

CAPVT LIX.

**I**gitur postero die, prius quam ad oppugnan-  
 dum egrederetur, equitatum omnem in ea  
 parte, qua <sup>1</sup> regis aduentus erat, pro castris agita-  
 re <sup>2</sup> iubet, portas, & proxima loca tribunis disper-  
 tit; dein ipse pergit ad oppidum, atque, vti su-  
 periore die, murum adgreditur. Interim lu-  
 gurtha ex occulto <sup>3</sup> repente nostros inuadit: qui  
 in primo <sup>4</sup> locati fuerant, paullisper territi per-  
 turbantur: reliqui cito subueniunt <sup>5</sup>. Neque <sup>6</sup>  
 diutius Numidae resistere quiuissent, ni pedites  
 cum equitibus permixti magnam cladem in con-  
 gressu <sup>7</sup> facerent <sup>8</sup>: quibus illi freti, non vt <sup>9</sup> e-  
 questri praelio solet, sequi <sup>10</sup>, dein cedere <sup>11</sup>, sed  
 aduersis equis concurrere <sup>12</sup>, implicare ac per-  
 turbare aciem: ita, expeditis <sup>13</sup> pedibus suis,  
 hostes <sup>13</sup> pene victos dare.

<sup>1</sup> Vbi. <sup>2</sup> vigilare, stare. <sup>3</sup> loco. <sup>4</sup> In principio  
 aciei. <sup>5</sup> in auxilium. <sup>6</sup> praelio. <sup>7</sup> fecissent. <sup>8</sup> quod  
 alias. <sup>9</sup> hostem. <sup>10</sup> retrocedere. <sup>11</sup> pugnare versus in  
 hostem equis. <sup>12</sup> cum produxisset & separauisset ab equi-  
 tibus pedites suos. <sup>13</sup> Numidas pene vicit.

CAPVT LX.

**E**odem tempore apud Zamam magna vi cer-  
 tabatur. Vbi quisque legatus <sup>1</sup> aut tribunus <sup>2</sup>  
 curabat <sup>3</sup>, eo acerrime niti <sup>4</sup>, neque alius in alio  
 magis, quam in sese spem habere <sup>5</sup>: priter-  
 que

H 7

<sup>1</sup> General. <sup>2</sup> Obrister. <sup>3</sup> commandirre. <sup>4</sup> ibi acerrime  
 omni studio quilibet contendebat. <sup>5</sup> voluit.

- que <sup>6</sup> oppidani agere <sup>7</sup>, pugnare, aut parare omnibus locis, audius alteri alteros fauciare <sup>8</sup>,  
<sup>2</sup> quam semet tegere. Clamor permixtus, hortatione, laetitia, gemitu: item strepitus armorum ad coelum ferri <sup>9</sup>: tela vtrimque volare.  
<sup>3</sup> Sed illi, qui moenia defensabant, vbi hostes paululum modo pugnam remiserant; intenti <sup>10</sup>  
<sup>4</sup> praelium equestre <sup>11</sup> prospectabant. Eos, vti <sup>12</sup> quaeque Iugurthae res erant, laetos modo, modo pavidos animaduertes <sup>13</sup>: ac, sicubi audiri a suis <sup>14</sup> aut cerni possent, monere <sup>15</sup> alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus <sup>16</sup>: huc & illuc, quasi vitabundi aut iacientes tela, agitare <sup>17</sup>. Quod vbi Mario cognitum est <sup>18</sup>, (nam is in ea parte curabat <sup>19</sup>) consulto lenius agere <sup>20</sup>, ac diffidentiam rei simulare <sup>21</sup>: pati <sup>22</sup> Numidas sine tumultu, regis praelium visere. Ita, illis studio suorum adstrictis <sup>23</sup>, repente magna vi murum adgreditur; & iam scalis egressi <sup>24</sup> milites prope summa <sup>25</sup> ceperant <sup>26</sup>, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt <sup>27</sup>.

No-

---

6 & pari studio modoque. 7 coeperunt. 8 maiori cupiditate volebant inuicem fauciare hostes. 9 coepit. 10 cupidi. 11 pugnam equitum. 12 prouti res & pugna Iugurthae succedebat. 13 videre potuisses. 14 Numidia. 15 coeperunt suos. 16 signum dare suis corporibus. 17 corpora sua. 18 cum itaque Marius hoc videret. 19 *commandirete*. 20 de industria coepit ardorem pugnae remittere. 21 ac simulare, quasi d. *f*ideret de pugnae successu. 22 & concedebat. 23 cum occuparentur amore suorum. 24 adscendentes. 25 summum locum murorum, 26 occupauerant. 27 in Romanos.

Noſtri primo reſiſtere 28: dein vbi vnae atque 7  
alterae ſcalae comminutae 29, qui ſuperſteterant  
afflicti ſunt 30, caeteri quo quiſque modo potue-  
re, pauci integri 31 magna pars conſecti 32 vulne-  
ribus, abeunt. Deinde vtrimque praelium nox 8  
diremit 33.

28 coeperunt. 29 fuerunt. 30 ii, qui ſteterant ſuper  
ſcalas, deiecti & vulnerati ſunt. 31 illaeſi. 32 fauciati.  
33 aufgehoben, ſinit.

CAPVT LXI.

**M**Etellus poſtquam videt fruſtra inceptum 1, 1  
neque oppidum capi, neque Iugurtham,  
niſi ex inſidiis, aut ſuo loco 2 pugnam facere, &  
iam aeſtatem exactam 3 eſſe; ab Zama diſce-  
dit 4: & in iis vrbibus, quae ab ſeſe defecerant,  
ſatiſque munitae loco 5 aut moenibus erant,  
praelidia imponit. Caeterum exercitum in pro- 2  
vinciam, quae proxima eſt Numidiae, hie-  
mandi gratia 6 collocat. Neque id tempus, 3  
ex aliorum 7 more, quieti aut luxuriae conce-  
dit, ſed, quoniam armis bellum procedebat 8,  
inſidias regi 9 per amicos tendere, & eorum  
perfidia pro armis vti 10 parat 11. Igitur Bo- 4  
mil-

1 Suum conſilium eſſe. 2 ex ſuo munimento, ex loco  
ſibi opportuno. 3 prope finitam. 4 ab oppugnatione  
oppidi Zama diſcedit, *er hub die Belagerung auf.* 5  
quoad loci ſitum & naturam. 6 ad hiemationes, *in die*  
*Winterquartiere.* 7 imperatorum. 8 ſed quoniam e-  
nensus belli quaerendus erat per arma. 9 Iugurthae. 10  
uſurpare, *ſich bedienen.* 11 decreuit.

milcarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat, & inde clam, vadibus datis<sup>12</sup>, de Massiuac nece<sup>13</sup> iudicium fugerat<sup>14</sup>, quod<sup>15</sup> ei<sup>16</sup> per maxumam amicitiam<sup>17</sup> maxuma copia<sup>18</sup> fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur<sup>19</sup>: ac primo efficit, vt ad se colloquendi gratia occultus veniat: dein, fide data<sup>20</sup>, si Iugurtha viuum aut necatum sibi tradidisset, fore. vt illi<sup>21</sup> senatus impunitatem & sua omnia concederet. Facile Numidiae<sup>22</sup> persuadet<sup>23</sup> cum ingenio infido, cum metuenti<sup>24</sup>; ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per condiciones<sup>25</sup> ad supplicium<sup>26</sup> traderet.

*12 nachdem er Bürgen gestellet.. 13 ob necem. 14 effugerat. 15 quia. 16 Bomilcari. 17 quam habebat cum Iugurtha. 18 occasio optima. 19 persuadere studet. 20 nach gegebenen Parole und Versicherung. 21 Bomilcari. 22 Bomilcarem. 23 hanc rem. 24 qui non solum habebat animum infidum, sed etiam metuebat. 25 pacis. 26 vitae.*

## CAPVT LXII.

**I**S, vbi<sup>1</sup> primum opportunum fuit, Iugurtham anxium, ac miserantem<sup>2</sup> fortunas suas accedit, monet, arque lacrumans obtestatur, vt aliquando sibi liberisque, & genti Numidarum optime merenti, prouideat<sup>3</sup>: omnibus praelis se victos<sup>4</sup>, agrum vastatum, multos mortales captos, occisos, regni opes comminuat<sup>tas</sup>

*1 quamprimum. 2 dolentem rerum suarum miseriam. 3 prospiciat prudenter. 4 esse.*

tas esse: satis saepe iam virtutem militum, & fortunam tentatam 5: caueat, ne illo cunctante 6, Numidae 7 sibi consulant. His atque talibus 2 aliis 8 ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Iugurtham imperata 9 facturum 10 dicerent, ac sine vlla passione, sese regnumque suum in Iulii 11 fidem tradere. Metellus prope 12 cunctos senatorii ordinis 13 ex hibernis accersiri 14 iubet: eorum, atque aliorum, quos idoneos ducebat 15, consilium habet. Ita more maiorum, ex 16 consilii decreto, per legatos Iugurthae imperat, argenti pondo ducenta millia, elephantos omnes, equorum & armorum aliquantum 17. Quae 6 postquam sine more facta sunt, iubet per fugas omnes vinctos adduci. Eorum magna pars, 7 uti iussum erat, adducti 18: pauci, cum primum deditio coepit 19, ad Regem Bocchum in Mauritaniam abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis, 8 virisque 20, & pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tifidium 21, vocaretur, rursus coepit flectere animum suum, & ex mala conscientia digna 22 timere. Denique, multis 9 diebus per dubitationem consumptis, cum ma-  
lo

5 fuisse. 6 si diutius cunctari Iugurtha vellet. 7 impleret. 8 dicitis. 9 omnia ea quaecunque a Metello sibi imperarentur. 10 esse. 11 Metelli. 12 celeriter. 13 omnes Romanos ex senatorio ordine, qui in hoc bello militabant. 14 ad se venire. 15 putabat Metellus. 16 iuxta decretum. 17 paululum. 18 fuerunt. 19 fieri. 20 & militibus. 21 ad oppidum. 22 dignam & promeritam poenam.

lo <sup>23</sup> taedio rerum aduorfarum omnia bello po-  
tiora duceret <sup>24</sup>: interdum secum ipse reputaret  
<sup>25</sup>, quam grauis <sup>26</sup> casus in seruitium ex regno <sup>27</sup>  
foret; multis magnisque praesidiis nequic-  
quam <sup>28</sup> perditis, de integro <sup>29</sup> bellum sumit <sup>30</sup>.  
<sup>10</sup> Et Romae senatus, de prouinciis consultus Nu-  
midiam Metello decreuerat.

<sup>23</sup> ex. <sup>24</sup> putaret, omnia meliora esse quam bellum.  
<sup>25</sup> expenderet. <sup>26</sup> horribilis. <sup>27</sup> ex regia dignitate. <sup>28</sup>  
frustra. <sup>29</sup> denuo. <sup>30</sup> incipit.

## CAPVT LXIII.

<sup>1</sup> **P**ER idem tempus Vticae forte <sup>1</sup> C. Mario, per  
hostias diis supplicanti <sup>2</sup>, magna atque mira-  
bilia portendi <sup>3</sup> haruspex dixerat: proinde <sup>4</sup>, quae  
animo agitabat <sup>5</sup>, fretus diis <sup>6</sup> ageret: fortunam  
quam saepissime experiretur, cuncta prospere  
<sup>2</sup> euentura <sup>7</sup>. At illum <sup>8</sup> jam antea consulatus <sup>9</sup>  
ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum,  
praeter vetustatem familiae, alia omnia <sup>10</sup>  
abunde erant; industria, probitas, militiae ma-  
gna scientia, animus belli ingens, domi modi-  
cus <sup>11</sup>, lubricitatis & diuitiarum victor, tantum-  
<sup>3</sup> modo gloriae auidus. Sed is natus <sup>12</sup>, & o-  
mnem

<sup>1</sup> Casu fortuito. <sup>2</sup> cum sacrificium Diis faceret per  
hostias. <sup>3</sup> significari. <sup>4</sup> igitur. <sup>5</sup> quaecunque habe-  
ret in animo suo. <sup>6</sup> auxilio deorum. <sup>7</sup> esse. <sup>8</sup> Marius.  
<sup>9</sup> Romani, <sup>10</sup> *vel andre Qualitaeten*. <sup>11</sup> domi vive-  
bat modeste ac temperanter. <sup>12</sup> natus erat in oppido  
Arpinas.

mnem pueritiam Arpini altus <sup>13</sup>, vbi primum <sup>14</sup>  
 aetas militiae patiens fuit <sup>15</sup>, stipendiis faciundis  
<sup>16</sup>, non Graeca facundia, neque vrbaniis mundi-  
 tiis <sup>17</sup> sese exercuit: ita inter artes bonas inte-  
 grum <sup>18</sup> ingenium breui adoleuit. Ergo vbi <sup>4</sup>  
 primum tribunatum militum a populo petit, ple-  
 risque faciem eius ignorantibus facile notus <sup>19</sup>  
 per omnes tribus <sup>20</sup> declaratur. Deinde ab eo <sup>5</sup>  
 magistratu <sup>21</sup> alium post alium <sup>22</sup> sibi peperit <sup>23</sup>:  
 semperque in potestatibus <sup>24</sup> eo modo agitabat  
<sup>25</sup>, vt ampliore <sup>26</sup>, quam gerebat, dignus habe-  
 retur. Tamen is ad id locorum <sup>27</sup> talis vir (nam <sup>6</sup>  
 postea ambitione praeceptus <sup>28</sup> est) consula-  
 tum adpetere non audebat. Etiam tum alios ma-  
 gistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per  
 manus <sup>29</sup> tradebat. Novus <sup>30</sup> nemo tam clarus, <sup>7</sup>  
 neque tam egregiis factis erat, quin is indignus  
 illo honore <sup>31</sup>, & quasi pollutus <sup>32</sup> haberetur <sup>33</sup>.

CA-

<sup>13</sup> & ibi fuerat educatus per omne tempus pueritiae  
 suae. <sup>14</sup> quamprimum. <sup>15</sup> idonea fuit ad bellum. <sup>16</sup>  
 in artibus militaribus. <sup>17</sup> Galanterien. <sup>18</sup> in corruptum  
 animom. <sup>19</sup> innotescere. <sup>20</sup> in omnibus tribu-  
 bus Romae. <sup>21</sup> post tribunatum. <sup>22</sup> magistratum. <sup>23</sup>  
 per virtutem. <sup>24</sup> hic magistratibus. <sup>25</sup> ita se gerebat.  
<sup>26</sup> honore. <sup>27</sup> haecenus, ad haec officia promotus, tam  
 egregius vir. <sup>28</sup> periculosa contra rempublicam suscepit  
 consilia. <sup>29</sup> quasi de manu in manum. <sup>30</sup> homo, qui  
 non erat ex nobilitate Romana. <sup>31</sup> consulatus. <sup>32</sup> com-  
 maculari. <sup>33</sup> credebatur.

## CAPVT LXIV.

<sup>1</sup> Igitur, vbi Marius haruspis dicta eodem in-  
 tendere <sup>1</sup> videt, quo cupido animi hortabatur;  
 ab Metello petundi gratia <sup>2</sup> missionem <sup>3</sup> ro-  
 gat: cui quamquam virtus, gloria, atque alia  
 optanda bonis superabant <sup>4</sup>, tamen inerat con-  
 tentor animus <sup>5</sup>, & superbia, commune nobi-  
<sup>2</sup> litatis malum. Itaque primum commotus <sup>6</sup> in-  
 solita re, mirari <sup>7</sup> eius <sup>8</sup> consilium, & quasi per  
 amicitiam monere, ne tam prava <sup>9</sup> inciperet,  
 neu super fortunam <sup>10</sup> animum gereret, non  
 omnia omnibus cupienda esse: debere illi res  
 suas satis placere <sup>11</sup>: postremo caueret id <sup>12</sup> pe-  
 tere a populo Rom. quod illi <sup>13</sup> iure negaretur.  
 Postquam haec, atque alia talia dixit <sup>14</sup>, neque  
 animus Marii flectitur; respondit, vbi primum  
 potuisset per negotia publica, facturum sese <sup>15</sup>,  
<sup>3</sup> quae peteret. Ac postea saepius eadem <sup>16</sup> po-  
 stulanti fertur dixisse, ne festinaret abire: satis  
 mature illam <sup>17</sup> cum filio suo consulatum peti-  
<sup>4</sup> turum <sup>18</sup>. Is <sup>19</sup> eo tempore in contubernio <sup>20</sup>  
 pa-

<sup>1</sup> Huc tendere. <sup>2</sup> vt consulatum Romae petere posset.  
<sup>3</sup> *dimission, Abschied.* <sup>4</sup> qui Metellus quamquam habe-  
 bat virtutem, gloriam & alia, quae bonis viris oprantur.  
<sup>5</sup> tamen simul habebat animum, qui alios prae se conte-  
 mnebat. <sup>6</sup> ad indignationem & ad iram. <sup>7</sup> coepit. <sup>8</sup>  
 Marii. <sup>9</sup> consilia. <sup>10</sup> suam, super conditionem rerum  
 suarum. <sup>11</sup> Marium debere contentum esse rebus suis. <sup>12</sup>  
 consulatum. <sup>13</sup> Mario. <sup>14</sup> Metellus. <sup>15</sup> id, nempe di-  
 missionem Marii. <sup>16</sup> dimissionem. <sup>17</sup> Marium. <sup>18</sup> es-  
 se. <sup>19</sup> Metelli filius. <sup>20</sup> commilitio.

patris ibidem <sup>21</sup> militabat : annos natus circiter  
 XX quae res Marium cum pro honore, quem ad-  
 fectabat <sup>22</sup>, tum contra Metellum vehementer  
 accenderat <sup>23</sup>. Ita cupidine <sup>24</sup> atque ira, pessu-  
 mis consultoribus, grassari <sup>25</sup>: neque facto vlllo <sup>5</sup>  
 neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum  
 foret : milites, quibus in hibernis praeerat, laxio-  
 re <sup>26</sup> imperio quam antea habere <sup>27</sup>: apud ne-  
 gotiatores, quorum magna multitudo Veicae <sup>28</sup>  
 erat, criminosè <sup>29</sup> simul & magnifice de bello <sup>30</sup>  
 loqui : dimidia <sup>31</sup> pars exercitus sibi permittere-  
 tur. paucis diebus Iugurtham in catenis habitu-  
 rum <sup>32</sup>: ab imperatore consulto trahi <sup>33</sup>, quod  
<sup>34</sup> homo inanis <sup>35</sup>, & superbiae regiae <sup>36</sup>, imperio  
 nimis <sup>37</sup> gauderet. Quae omnia illis <sup>38</sup> eo fir-  
 miora <sup>39</sup> videbantur, quod diuturnitate belli res  
 familiares <sup>40</sup> corruerant, & animo cupienti ni-  
 hil satis festinatur <sup>41</sup>. <sup>6</sup>

CA

21 in Numidia. 22 desiderabat. 23 ad iram & odium.  
 24 ambitione. 25 coepit. 26 leniore. 27 tractare.  
 28 in vrbe Veica. 29 *schimpfflich, veraechtelich*. 30 Nu-  
 midico, contra Iugurtham. 31 si tantummodo dimidia.  
 32 se esse. 33 bellum diutius protrahi a Metello de indu-  
 stria. 34 quoniam. 35 ambitiosus. 36 & in cuius ani-  
 mo erat superbia regia. 37 *dasser gar zu gerne comman-  
 direte*. 38 his omnibus. 39 certiora. 40 suas faculta-  
 tes & opes perdiderant. 41 & nulla festinatio nimia est  
 animo avaro & ambizioso.

## CAPVT LXV.

**1** ERat praeterea in exercitu nostro Numida  
 quidam, nomine Gauda, Mastanabalis filius,  
 Masinissae nepos, quem Micipsa testamento  
 haerodem secundum <sup>1</sup> scripserat <sup>2</sup>, morbis con-  
 fectus <sup>3</sup>, & ob eam causam mente paullulum  
**2** imminuta <sup>4</sup>. Cui Metellus petenti, more re-  
 gum, vti sellam iuxta poneret <sup>5</sup>, item postea  
 custodiae causa <sup>6</sup> turmam equitum Romano-  
 rum, vtrumque negauerat: honorem <sup>7</sup>, quod  
 eorum modo foret <sup>8</sup>, quos populus R. reges  
 adpellauisset: praesidium <sup>9</sup>, quod contume-  
 liosum in eos <sup>10</sup> foret, si equites Romani satel-  
**3** lites <sup>11</sup> Numidae traderentur. Hunc <sup>12</sup> Marius  
 anxium <sup>13</sup> adgreditur, atque hortatur, vti con-  
 tumeliarum in imperatorem cum suo auxilio  
 poenas petat <sup>14</sup>: hominem ob morbos animo  
 parum valido secunda oratione extollit <sup>15</sup>: il-  
 lum regem, virum ingentem, Masinissae nepo-  
 tem esse: si Iugurtha captus aut occisus foret,  
 im-

1 Alterum, post filios suos. 2 fecerat in testamento. 3  
 debilitatus. 4 beyer was schwachem Verstande. 5 iuxta  
 se, honoris gratia. 6 zur Wache. 7 honorem sellae  
 ideo quidem negabat & recusabat Metellus. 8 quoniam  
 iste honor ad hos tantummodo pertineret. 9 custodiam  
 militum ideo negabat. 10 milites. 11 tanquam satelli-  
 tes. 12 Numidam. 13 tristem. 14 vt ipse petat poe-  
 nam contumeliarum contra Metellum per auxilium  
 Marii. 15 Marius superbum facit animum huius Numidae,  
 qui alias valde debilis erat, per hanc beneuolam orationem,  
 per blanda verba.

imperium Numidiae sine mora habiturum <sup>16</sup>: id  
 adeo mature <sup>17</sup> posse euenire, si ipse <sup>18</sup> consul ad  
 id bellum missus foret. Itaque & illum, & equi- <sup>4</sup>  
 tes Romanos milites, & negotiatores, alios <sup>19</sup> ipse  
<sup>20</sup>, plerosque pacis spes impellit, vti Romam ad  
 suos necessarios <sup>21</sup> aspere <sup>22</sup> in <sup>23</sup> Metellum de  
 bello <sup>24</sup> scribant, Marium imperatorem postcant.  
 Sic illi <sup>25</sup> a multis mortalibus honestissima suf- <sup>5</sup>  
 fragatione <sup>26</sup> consulatus petebatur: simul ea  
 tempestate plebes, nobilitate fusa <sup>27</sup> per legem  
 Malliam, nouos <sup>28</sup> extollebat; Ita Mario cun-  
 cta procedere <sup>29</sup>.

16 esse. 17 facile. 18 Marius. 19 & hos & illos. 20  
 Marius. 21 amicos. 22 duriter, contumeliose. 23 con-  
 tra. 24 Numidico. 25 Mario. 26 consensu, commen-  
 datione. 27 cum nobilitas Romana deiecta esset. 28 ho-  
 mines. 29 coeperunt feliciter.

CAPVT LXVI.

**I**nterim Iugurtha, postquam omissa deditio- <sup>1</sup>  
 ne <sup>1</sup> bellum incipit, cum magna cura para-  
 re <sup>2</sup> omnia, festinare, cogere <sup>3</sup> exercitum: civi-  
 tates, quae ab se defecerant, formidine, aut  
 ostentando praemia, adfectare <sup>4</sup>: communire  
 suos locos: arma, tela, aliaque, quae spe pacis  
 amiserat, reficere <sup>5</sup>, aut commercari <sup>6</sup>: serui-  
 tia <sup>7</sup> Romanorum adlicere <sup>8</sup>, & eos ipsos, qui in  
 praesidiis erant, pecunia <sup>9</sup> tentare: prorsus  
 ni-

1 Quam promiserat antea. 2 coepl. 3 colligere. 4  
 ad suas partes trahere. 5 reparare. 6 zusammen kassiren.  
 7 seruos. 8 ad se. 9 per munera.

- nihil intactum neque quietum <sup>10</sup> pati: cuncta  
 2 agitare. Igitur Vaccenses, quo <sup>11</sup> Metellus initio, Iugurtha pacificante <sup>12</sup>, praesidium imposuerat, fatigati Regis <sup>13</sup> suppliciis, neque antea voluntate alienati <sup>14</sup>, principes ciuitatis inter se coniurant: (nam vulgus, vti plerumque solet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, feditiosum atque discordiosum <sup>15</sup> erat cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum) dein compositis inter se rebus, in diem tertium constituunt <sup>16</sup>; quod <sup>17</sup> is festus celebratusque per omnem Africam, ludum & lasciuiam magis, quam formidinem, ostentabat. Sed, vbi tempus fuit <sup>18</sup>, centuriones tribunosque militares, & ipsum praefectum oppidi L. Turpilium Silanum, alius alium domos <sup>19</sup> suas inuitant: eos omnes praeter Turpilium inter epulas obruncant; postea milites palantes <sup>20</sup>, inermes, quippe in tali die <sup>21</sup>, ac sine  
 4 imperio, adgrediuntur. Idem <sup>22</sup> plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati: quos <sup>23</sup> acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse, & res nouae satis placebant.

CA.

---

<sup>10</sup> coepit Iugurtha, sed omnia turbare. <sup>11</sup> in quam urbem. <sup>12</sup> dum Iugurtha de pace & deditioe agit. <sup>13</sup> Iugurthae. <sup>14</sup> & quorum amor a Rege nondum plane erat alienatus. <sup>15</sup> ad discordiam & rixas proclue. <sup>16</sup> executionem coniurationis. <sup>17</sup> quoniam. <sup>18</sup> ad peragendam caedem. <sup>19</sup> in. <sup>20</sup> dispersos. <sup>21</sup> festo, solemn. <sup>22</sup> eandem crudelitatem. <sup>23</sup> ii, qui ignorabant quae acta essent; & consilia coniurationis.

CAPVT LXVII.

Romani milites, improviso metu, incerti  
 signarique quid potissimum facerent, trepi-  
 dare ad arcem oppidi, vbi signa & scuta erant:  
 praesidium hostium, portae ante clausae, fu-  
 gam prohibebant; ad hoc mulieres puerique  
 pro testis aedificiorum saxa, & alia, quae lo-  
 cus praebebat, certatim mittere. Ita neque  
 cauere anceps malum, neque a fortissimis infir-  
 missimo generi resisti posse: iuxta boni ma-  
 lique, strenui & imbelles inulti obruncati,  
 In ea tanta asperitate, faeuissimis Numidis  
 & oppido vndique clauso, Turpilius praefectus  
 vnus ex omnibus Italicis profugit intactus: id  
 misericordiane hospitis, an passione, an ca-  
 su ita euenerit, parum comperimus, nisi,  
 quia illi in tanto malo turpis vita integra fama  
 potior fuit, improbus intestabilisque videtur.

CA-

1 Coeperunt. 2 ante factam caedem. 3 ex, desu-  
 per. 4 dabat in manum. 5 deicere in Romanorum  
 capita. 6 dubium periculum. 7 mulieribus atque pue-  
 ris. 8 poterat. 9 fortes. 10 fuerunt. 11 crudelitate  
 & summo periculo. 12 cum Numidae faeuissime age-  
 rent. 13 solus. 14 an per misericordiam hospitis sui.  
 15 fortuito. 16 non satis scimus. 17 quia maluit tur-  
 pem vitam anteponeere famae honestae in tanta calami-  
 tate. 18 detestabilis, execrandus.

I

## CAPVT LXVIII.

- 1** Metellus postquam de rebus Vaccae <sup>1</sup> actis comperit, paullisper moestus e conspectu abit; dein, ubi ira & aegritudo <sup>2</sup> permixta sunt, cum maxuma cura vltum ire <sup>3</sup> iniurias festinat.
- 2** Legionem, cum qua hiemabat, & quam plurimos potest Numidas equites pariter <sup>4</sup> cum occasu solis expeditos <sup>5</sup> educit, & postera die circiter horam tertiam peruenit in quamdam planiciem, locis paullo superioribus <sup>6</sup> circumuentam <sup>7</sup>. Ibi milites fessos itineris magnitudine, & iam abnuentes omnia <sup>8</sup>, docet, oppidum Vaccam non amplius mille passuum abesse: decere illos <sup>9</sup> reliquum laborem aequo animo pati, dum pro ciuibus suis, viris fortissimis atque miserrimis, poenas caperent <sup>10</sup>. Praeterea praedam benigne <sup>11</sup> ostentat. Sic animis eorum arrectis <sup>12</sup>, equites in primo latere, pedites, quam artissime <sup>13</sup> ire, & signa <sup>14</sup> occultare iubet.

CA-

<sup>1</sup> In oppido Vacca. <sup>2</sup> dolor, sollicitudo. <sup>3</sup> ad viciscendas. <sup>4</sup> simul cum legione. <sup>5</sup> armis instructos. <sup>6</sup> altioribus. <sup>7</sup> circumdatam. <sup>8</sup> & qui iam nolebant porro progredi. <sup>9</sup> ipsis decorum esse. <sup>10</sup> a Vaccensibus. <sup>11</sup> blandis verbis. <sup>12</sup> confirmatis, excitatis. <sup>13</sup> *mit geschlossenen Gliedern*. <sup>14</sup> militaria.

CAPVT LXIX.

V Accenses, vbi animaduertere, ad se vorsum <sup>1</sup>  
 exercitum <sup>2</sup> pergere <sup>3</sup>, vti res erat, Metellum  
 esse rati <sup>4</sup>. portas claufere; dein, vbi neque agros  
 vastari, & eos, qui primi aderant, Numidas equites  
 vident, rursus Iugurtham <sup>5</sup> arbitrati, cum magno  
 gaudio obuui procedunt. Equites peditesque, re- <sup>2</sup>  
 pente signo dato, alii vulgum effusum <sup>6</sup> oppido  
 caedere <sup>7</sup>, alii ad portas festinare, pars turres ca-  
 pere, ira atque spes praedae amplius, quam las-  
 titudo, posse <sup>8</sup>. Ita Vaccenses biduum <sup>9</sup> modo <sup>3</sup>  
 ex perfidia <sup>10</sup> laerati: ciuitas magna & opulens  
 poenae cuncta aut praedae fuit <sup>11</sup>. Turpilius, <sup>4</sup>  
 quem praefectum oppidi unum <sup>12</sup> ex omnibus  
 profugisse supra ostendimus, iussus a Metello  
 causam dicere <sup>13</sup>, postquam sese parum expur-  
 gat <sup>14</sup>, condemnatus, verberatusque <sup>15</sup> capite  
 poenas soluit. Nam is ciuis ex Latio erat.

I 2

CA-

<sup>1</sup> Contra oppidum suum. <sup>2</sup> aliquem. <sup>3</sup> venire. <sup>4</sup>  
 persuasi. <sup>5</sup> advenire. <sup>6</sup> qui in magna multitudine ex op-  
 pido obuuiam venerat. <sup>7</sup> interficere coeperunt. <sup>8</sup> vole-  
 bat. <sup>9</sup> per duos dies. <sup>10</sup> ob perfidiam suam. <sup>11</sup> aut  
 punita aut in praedam capta, *ausgeplündert*. <sup>12</sup> solum.  
<sup>13</sup> *sich vor dem Kriegs-Rath verantworten*. <sup>14</sup> cum sese  
 non satis posset excusare. <sup>15</sup> cum prius flagellis caesus  
 esset.

## CAPVT LXX.

1 **P**ER idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditio-  
nem, quam metu<sup>1</sup> deseruit, inceperat, suspectusque regi, & ipse eum<sup>2</sup> suspi-  
ciens, nouas res<sup>3</sup> cupere, ad perniciem eius<sup>4</sup> do-  
lum quaerere, die noctuque fatigare animum<sup>5</sup>:  
denique omnia tentando, socium<sup>6</sup> sibi adiungit  
Nabdalsa, hominem nobilem, magnis opibus  
clarum, acceptumque popularibus suis: qui  
plerumque<sup>7</sup> seorsum<sup>8</sup> ab rege exercitum ducta-  
re, & omnes res exsequi solitus erat, quae Iu-  
gurthae fesso, aut maioribus<sup>9</sup> adstricto<sup>10</sup> su-  
perauerant<sup>11</sup>: ex quo illi gloria opesque in-  
2 ventae<sup>12</sup>. Igitur vtriusque consilio dies insi-  
diis<sup>13</sup> statuitur: caetera, vti rex posceret, ex  
3 tempore<sup>14</sup> parare placuit. Nabdalsa ad exer-  
citus profectus, quem inter hiberna Romano-  
rum iussus<sup>15</sup> habebat, ne ager inultis hostibus<sup>16</sup>  
4 vastaretur. Is postquam, magnitudine facino-  
ris percussus, ad tempus<sup>17</sup> non venit, metus-  
que rem<sup>18</sup> impediabat: Bomilcar simul cupi-  
dinibus<sup>19</sup> incepta patranda<sup>20</sup>, & timore so-  
cii

1 Ex. 2 Regem in suspitione habens. 3 mutatio-  
nem rerum cupere coepit. 4 Iugurthae. 5 suum. 6  
sceleris, coniurationis. 7 subditis, cubus. 8 separa-  
tim. 9 negotiis grauioribus. 10 occupato. 11 super-  
erant. 12 ex qua re Nabdalsa & gloriam acceperat &  
diuitias. 13 ad insidias perficiendas. 14 pro ratione  
temporis. 15 cum hoc mandato. 16 sine vindicta ab  
hostibus. 17 constitutum. 18 insidias. 19 ex cupidi-  
tate. 20 perficiendi sua consilia.

cii <sup>21</sup> anxius <sup>22</sup>, ne <sup>23</sup>, omisso veteri consilio, nouum <sup>24</sup>, quaereret; litteras ad eum per homines fideles mittit, in quibus mollitiem sociamque viri <sup>25</sup> accusare <sup>26</sup>, testari deos, per quos iurauisset, monere, ne praemia Metelli in pestem <sup>27</sup> suam conuerteret; Iugurthae exitium adesse: caeterum, suane <sup>28</sup>, an Metelli virtute periret, id modo agitari <sup>29</sup>; proinde reputaret cum animo suo, praemia an cruciatum mallet.

<sup>21</sup> Nabdalsa. <sup>22</sup> sollicitus, in curam, coniectus, <sup>23</sup> ne is forte. <sup>24</sup> consilium. <sup>25</sup> Nabdalsa. <sup>26</sup> coepit. <sup>27</sup> perniciem. <sup>28</sup> nam per suam fortitudinem. <sup>29</sup> id solum nunc agi.

CAPVT LXXI.

SED cum eae litterae adlatae <sup>1</sup>, forte Nabdalsa, exercito <sup>2</sup> corpore fessus, in lecto quiescebat. Vbi, cognitis Bomilcaris verbis <sup>3</sup>, primo cura, dein, vt aegrum animum solet, somnus cepit <sup>4</sup>. Erat ei Numida quidam, negotiorum curator, fidus acceptusque, & omnium consiliorum, nisi nouissimi <sup>5</sup>, particeps. Qui postquam adlatae <sup>6</sup> literas audivit, ex consuetudine ratus <sup>7</sup> opera <sup>8</sup> aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introit: dormiente illo <sup>9</sup>, epistolam,

<sup>1</sup> Effent. <sup>2</sup> exercitato, propter exercitia corporis. <sup>3</sup> lectis litteris. <sup>4</sup> occupauit ipsum. <sup>5</sup> postremi, nempe insidiarum contra Iugurtham. <sup>6</sup> esse, <sup>7</sup> putans. <sup>8</sup> auxilio suo. <sup>9</sup> Nabdalsa.

stolam, super caput in puluino temere <sup>10</sup> positam, sumit, ac perlegit; dein propere, cognitis <sup>5</sup> infidiis, ad regem pergit <sup>11</sup>. Nabdalsa, post paullo experrectus <sup>12</sup>, vbi neque epistolam reperit, & rem omnem vt acta erat, ex perfugis cognouit; primo indicem <sup>13</sup> persequi conatus; postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia <sup>14</sup> accedit: quae ipse parauisset, perfidia clientis sui fasere praeuentum <sup>15</sup>: lacrumans obtestatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet.

<sup>10</sup> vt facile inueniri posset. <sup>11</sup> proficiscitur. <sup>12</sup> ex somno. <sup>13</sup> proditorem. <sup>14</sup> vt placeret iram Iugurthae. <sup>15</sup> se deceptum fuisse per ministri sui perfidiam, cum ipse tamen aperire Iugurthae voluisset infidias a Bomilcare stratas.

## CAPVT LXXII.

<sup>1</sup> AD ea rex aliter, atque animo gerebat <sup>1</sup>, placide <sup>2</sup> respondit. Bomilcare, aliisque multis, quos socios insidiarum cognouerat, interfectis iram oppresserat, ne qua ex eo negotio <sup>2</sup> seditio oriretur. Neque post id locorum <sup>3</sup> Iugurthae dies aut nox vlla quieta fuit: neque loco, neque mortali <sup>4</sup> cuiquam, aut temporis satis credere <sup>6</sup>: ciues hostesque iuxta <sup>7</sup> metuere: circumspectare omnia, & omni strepitu <sup>8</sup> pauescere alio atque alio loco saepe contra

<sup>1</sup> Quam in animo sentiebat. <sup>2</sup> blandis verbis. <sup>3</sup> post id tempus. <sup>4</sup> homini. <sup>5</sup> vlli. <sup>6</sup> voluit Iugurtha. <sup>7</sup> parli iure. <sup>8</sup> ad omniem strepitum.

tra decus regium noctu requiescere : interdum somno excitus <sup>9</sup> arreptis armis tumultum facere: Ita formidine, quasi vecordia <sup>10</sup>, exagitari.

<sup>9</sup> expergefactus. <sup>10</sup> furore.

CAPVT LXXIII.

**I**gitur Metellus, vbi de casu <sup>1</sup> Bomilcaris, & <sup>1</sup> iudicio patefacto ex perfugis cognouit; rursus tamquam ad integrum <sup>2</sup> bellum cuncta parat, festinatque. Marium, fatigantem de profestione <sup>3</sup>, simul & iniusum <sup>4</sup>, & offensum, sibi parum idoneum ratus <sup>5</sup> dimittit. Et Romae <sup>3</sup> plebes, litteris, quae de Metello ac Mario missae erant, cognitae <sup>6</sup>, volentia de ambobus acceperant <sup>7</sup>. Imperatori nobilitas, quae antea decori fuerat, inuidiae esse <sup>8</sup>; at illi alteri <sup>9</sup> generis humilitas <sup>10</sup> fauorem addiderat: caeterum in vtroque magis studia partium <sup>11</sup>, quam bona, aut mala sua moderata <sup>12</sup>. Praeterea seditiosi <sup>5</sup> magistratus <sup>13</sup> vulgum exagitare <sup>14</sup>, Metellum omnibus concionibus <sup>15</sup> captis arcessere <sup>16</sup>, Marii virtutem in maius celebrare <sup>17</sup>. Denique

I 4 que

1 Nece. 2 nouum. 3 de itinere suo Romam instituendo saepius verba facientem. 4 quia Marius apud Metellum in odio erat. 5 putans, Marium sibi posthac inutilem fore. 6 perlectis. 7 ea audiuerant, quae de vtroque optabant. 8 odio esse coepit. 9 Mario. 10 ignobilitas. 11 factionis. 12 fuerunt, id est, in Metello & Mario magis moderatum erat studium factionis, quam reliquae virtutes ac vitia. 13 tribuni plebis. 14 coeperunt irritare. 15 orationibus. 16 accusare. 17 extollere laudibus.

que plebes sic accensa <sup>18</sup>, vt opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant <sup>19</sup>, relictis operibus <sup>20</sup> frequentarent <sup>21</sup>, Marium, & sua necessaria post illius honorem ducerent <sup>22</sup>. Ita perculsa nobilitate, post multas tempestates <sup>23</sup> nouo homini <sup>24</sup> consulatus mandatur: & postea populus a Trib. pl. Manlio Martino rogatus <sup>25</sup>, quem velleret cum Iugurtha <sup>26</sup> bellum gerere? frequens <sup>27</sup> Marium iussit. Sed senatus paullo ante Metello Numidiam decreuerat, ea res frustra fuit.

<sup>18</sup> tantum amorem ostendit erga Marium, & tantum odium erga Metellum. <sup>19</sup> qui omnes facultates suas in quotidiano opere manuum, & fidem suam in robore manuum & audacia habebant. <sup>20</sup> opificiis & agricultura. <sup>21</sup> saepius venirent ad Marium. <sup>22</sup> & sua necessaria negotia postponerent, tantummodo vt Marium ad honorem Consulatus promouere possent. <sup>23</sup> turbas, vel etiam, post longa tempora, cum inde a longo tempore nouus homo non fuisset Romae Consul, sed haec dignitas semper steterit apud nobiles. <sup>24</sup> Marii. <sup>25</sup> interrogatus. <sup>26</sup> contra Iugurtham. <sup>27</sup> totus populus iussit, vt cura huius belli Mario demandaretur.

## CAPVT LXXIV.

**I** Eodem tempore Iugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necauerat, caeteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine administris <sup>1</sup> posset, & nouorum <sup>2</sup> fidem in tanta perfidia veterum <sup>3</sup> experiri periculosum du-

<sup>1</sup> Amicis & auxiliatoribus.    <sup>2</sup> amicorum.    <sup>3</sup> amicorum.

duceret 4: varius incertusque agitabatur 5: neque illi 6 res, neque consilium, aut quisquam hominum satis placebat: itinera, praefectosque in dies mutare 7: modo aduersum hostes, interdum in solitudines pergere 8: saepe in fuga, at post paullo in armis spem habere: dubitare, virtuti 9 popularium 10 an fidei minus crederet. Ita, quocumque intenderat 11, res aduersae erant. Sed inter eas moras repente se Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Iugurtha pro tempore 12 parati 13 instructique sunt: dein praelium incipitur. Qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum 14: caeteri omnes eius milites primo congressu 15 pulsi fugatique 16: Romani signorum 17, & armorum, & aliquanto 18 numero hostium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus praeliis magis pedes 19, quam arma tutata 20 sunt.

4 putaret. 5 nescius erat, quid ageret. 6 Iugurthae. 7 coepit. 8 proficisci, se conferre. 9 fortitudini. 10 civium suorum. 11 quocumque Iugurtha se vertebat. 12 pro ratione temporis. 13 ad pugnam. 14 fuit. 15 statim initio pugnae. 16 fuerunt. 17 militarium. 18 aliquo, paucis. 19 fuga. 20 defenderunt, securos praefecerunt.

CAPVT LXXV.

**E**A fuga 1 Iugurtha impensius 2 modo rebus suis diffidens, cum perfugis & parte equitatus, in solitudines, dein Thalam 3 peruenit,

I 5

venit,

1 Propter hanc fugam. 2 maiori cura ac studio. 3 ad oppidum. 4

venit, in oppidum magnum & opulentum: vbi  
 plerique thesauri, filiorumque eius multus pue-  
 2 ritiae cultus 4 erat. Quae postquam Metello  
 comperta sunt 5, quamquam inter Thalam flu-  
 menque proximum, in spatio millium 6 quin-  
 quaginta, loca arida atque vasta 7 esse cognoue-  
 rat, tamen spe patrandi 8 belli, si eius oppidi  
 potitus foret, omnes asperitates 9 superuadere 10,  
 3 ac naturam etiam vincere adgreditur. Igi-  
 tur omnia iumenta sarcinis leuari 11 iubet, nisi  
 frumento dierum X. caeterum vt res 12 modo 13,  
 4 & alia aquae 14 idonea portari 15. Praeterea  
 conquirat ex agris, quam plurimum potest, do-  
 miti pecoris: eique imponit vasa cuiusque mo-  
 di 16, sed pleraque lingnea, collecta ex tuguriis  
 5 Numidarum. Ad hoc finitumis 17 imperat,  
 qui se post regis 18 fugam Metello dederant,  
 quam plurimum quisque aquae portaret: diem  
 locumque, vbi praesto forent 19, praedicat 20.  
 6 Ipse 21 ex flumine, quam proximum aquam  
 oppido esse supra diximus, iumenta onerat.  
 Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur.  
 Dein vbi ad id loci ventum 22, quo Numidis  
 prae-

4 vestes & alia ornamenta. 5 cum Metellus hoc audi-  
 visset. 6 passuum. 7 solitudinem, inhabitata omnia.  
 8 perducendi ad finem. 9 difficultates. 10 übersteigen.  
 11 nullas alias sarcinas imponi equis & mulis. 12 lederne  
 Wasser Eimer und Schläuche. 13 solummodo. 14 ad  
 aquam portandam. 15 iubet. 16 generis varii. 17 po-  
 pulis. 18 Jugurthae. 19 ad se deberent. 20 indicat,  
 constituit. 21 Metellus. 22 postquam ad illum locum  
 venerunt.

praeceperat, & castra posita munitaque sunt; tanta repente coelo missa vis <sup>23</sup> aquae dicitur, vt ea modo <sup>24</sup> exercitui satis superque foret. Prae- 8  
 terea commeatus spe<sup>25</sup> amplior: quia Numi-  
 dae, sicuti plerique in noua deditioe <sup>26</sup>, officia  
 intenderant <sup>27</sup>. Caeterum milites religione plu- 9  
 uia <sup>28</sup> magis vsi: eaque res multum animis eor-  
 um addidit <sup>29</sup>. Nam rati <sup>30</sup> sese diis immorta-  
 libus curae esse: dein postera die contra opi-  
 nionem Iugurthae, ad Thalam perueniunt. Op- 10  
 pidani, qui se locorum asperitate munitos credi-  
 derant, magna atque insolita re percussi <sup>31</sup>, nihilo  
 segnus <sup>32</sup> bellum parare <sup>33</sup>: Idem nostri face-  
 re <sup>34</sup>.

<sup>23</sup> copia. <sup>24</sup> sola. <sup>25</sup> erat. <sup>26</sup> facere solent. <sup>27</sup>  
 auxerant, sese paratiores ostendebant. <sup>28</sup> magis vsi sunt  
 pluuia, ex quadam religione, tanquam beneficio deorum.  
<sup>29</sup> auxit, eorum animos confirmauitque. <sup>30</sup> dum milites  
 putent, quasi ipsi dii pro rebus suis curam gererent. <sup>31</sup> in  
 metum coniecti. <sup>32</sup> magno studio. <sup>33</sup> coeperunt. <sup>34</sup>  
 fecerunt, facere student.

CAPVT LXXVI.

**S**Ed rex, nihil iam Metello infectum credens <sup>1</sup>,  
 quippe qui omnia arma, tela, loca, tempora,  
 denique naturam ipsam, caeteris imperitantem <sup>2</sup>,  
 industria vicerat: cum liberis <sup>4</sup> & magna par-  
 te pecuniae ex oppido noctu profugit; neque  
 I 6 po-

<sup>1</sup> Persuasus, quod nihil esset, quod Metellus non posset  
 perficere. <sup>2</sup> quae alias solet hominibus imperare & fre-  
 num iniicere. <sup>3</sup> per suam industriam. <sup>4</sup> solis.

postea in villo loco amplius vna die aut vna nocte moratus, simulabat sese negotii gratia <sup>5</sup> properare; caeterum proditionem timebat quam <sup>6</sup> vitari posse celeritate <sup>7</sup> putabat. Nam talia consilia per otium & ex opportunitate <sup>8</sup> capi <sup>9</sup>. At Metellus vbi oppidanos praelio intentos <sup>10</sup>, simul oppidum & operibus & loco <sup>11</sup> munitum videt, vallo fossaque moenia circumuenit. <sup>3</sup> Dein iubet locis ex copia <sup>12</sup> maxime idoneis vineas <sup>13</sup> agere: superque eas aggerem iacere, & super aggerem impositis turribus opus <sup>14</sup> & ad <sup>4</sup> ministros <sup>15</sup> tutari. Contra haec <sup>16</sup> oppidani festinare <sup>17</sup> parare; profus ab vtrisque nihil reliquum fieri <sup>18</sup>. Denique Romani, multo ante labore praeliisque fatigati, post dies quadraginta quam eo ventum erat, oppido modo potius <sup>6</sup> <sup>19</sup> praeda omnis a perfugis corrupta <sup>20</sup>. Hi postquam murum arietibus <sup>21</sup> feriri, resque suas afflictas <sup>22</sup> vident: aurum, argentumque, & alia, quae prima ducuntur <sup>23</sup>, domum <sup>24</sup> regiam comportant: ibi vino & epulis onerati <sup>25</sup>, illaque

<sup>5</sup> propter negotium aliquod, quod celeritatem requireret. <sup>6</sup> proditionem. <sup>7</sup> per celeritatem, <sup>8</sup> commoditate, iuxta opportunitatem temporis & negotiorum. <sup>9</sup> debere, <sup>10</sup> ad praelium paratos. <sup>11</sup> situ loci. <sup>12</sup> ex multitudine locorum idoneorum. <sup>13</sup> *Sturm-Daecher*. <sup>14</sup> has machinas. <sup>15</sup> opifices & milites. <sup>16</sup> munimenta. <sup>17</sup> coeperunt. <sup>18</sup> & ab oppugnatoribus & ab oppugnatis nihil omittebatur. <sup>19</sup> coeperunt occupare. <sup>20</sup> fuit. <sup>21</sup> *mit Mauerbrechern*. <sup>22</sup> in extremo periculo. <sup>23</sup> quae alias solent hominibus cara esse. <sup>24</sup> *io*. <sup>25</sup> sese exsatiantes.

que <sup>26</sup>, & domum, & semet igni currumpunt <sup>27</sup>,  
& quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas  
ipsi volentes pependere <sup>28</sup>.

<sup>26</sup> aurum & reliqua. <sup>27</sup> comburunt. <sup>28</sup> dederunt,  
semet ipsos sponte sua puniuerunt.

CAPVT LXXVII.

**S**ed pariter cum capta Thala<sup>1</sup> legati ex oppido <sup>1</sup>  
Lepti ad Metellum venerant, orantes, vti prae-  
sidium praefectumque <sup>2</sup> eo <sup>3</sup> mitteret: Hamilca-  
rem quandam hominem nobilem, factiosum,  
nouis rebus studere <sup>4</sup>; aduersum quem neque  
imperia magistratum, neque leges valerent <sup>5</sup>;  
ni id festinaret <sup>6</sup> in summo periculo suam salu-  
tem, illorum <sup>7</sup> socios, fore. Nam Leptitani iam <sup>2</sup>  
inde a principio belli Iugurthini ad Bestiam  
consulem, & postea Romam miserant, amicitiam,  
& societatemque rogatum <sup>8</sup>. Dein, vbi ea im- <sup>3</sup>  
perata fuere <sup>9</sup>, semper boni fidelesque mansere:  
& cuncta a Bestia, Albino, Metelloque im-  
perata naui <sup>10</sup> fecerant. Itaque ab Imperatore <sup>4</sup>  
facile, quae petebant, adepti <sup>11</sup>. Emissae <sup>12</sup> eo  
cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius praefe-  
ctus.

I 7

CA.

<sup>1</sup> Oppido. <sup>2</sup> einen Commandanten. <sup>3</sup> in hoc oppi-  
dum. <sup>4</sup> velle turbas incipere. <sup>5</sup> aliquid posse effi-  
cere. <sup>6</sup> facere. <sup>7</sup> Romanorum. <sup>8</sup> ad exorandam sibi  
amicitiam Romanorum. <sup>9</sup> postquam Leptitani id acce-  
perant a Romanis. <sup>10</sup> gnavi, industrii. <sup>11</sup> sunt. <sup>12</sup> fue-  
runt.

## CAPVT LXXVIII.

- 1 **I**D oppidum ab Sidoniis eonditum est, quos accepimus 1 profugos 2, ob discordias ciuiles, nauibus in eos locos venisse; caeterum situm 3 inter duas Syrtes 4, quibus nomen ex re inditum 5.
- 2 Nam duo sunt sinus 6 prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma 7 terrae praealta sunt, caetera, vti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa 8. Nam vbi mare magnum esse & saeuii ventis coepit, limum 9 arenamque, & saxa ingentia fluctus trahunt 10; ita facies 11 locorum cum ventis
- 4 simul mutatur. Syrtes ab tractu nominatae 12: Eius ciuitatis lingua modo 13 conuersa 14 conubio 15 Numidarum; Legum cultusque pleraque Sidonica 16: quae 17 eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis 18 aetatem agebant 19. Inter illos 20 & frequentem 21 Numidiam inculti 22 vastique loci erant.

CA-

1 Audiuimus. 2 ex patria sua. 3 esse hoc oppidum. 4 Sand-Klippen. 5 fuit impositum. 6 Meerbusen. 7 in quibus sinibus illa loca, quae proxuma sunt ad terram. 8 reliqua loca vadosa sunt, sie machen einen Furth, in tempestate. 9 Schlamm. 10 secum. 11 conspectus, Beschaffenheit. 12 fuerunt, tamen acceperunt ab hoc tractu limi & arenae. 13 iam. 14 mutata est. 15 per conubia cum Numidis. 16 leges autem & reliqua viuendi ratio communis est cum incolis vrbis Sidon. 17 quas leges & cultum. 18 Iugurthae. 19 viuiebant, 20 Lepititas. 21 habitatam. 22 iuhabitat.

## CAPVT LXXIX.

**S**ed quoniam in has regiones per Leptitano- 1  
 rum negotia venimus: non indignum<sup>1</sup> vi-  
 detur, egregium atque memorabile facinus duo-  
 rum Carthaginiensium memorare; eam rem<sup>2</sup>  
 nos locus admonuit. Qua tempestate<sup>3</sup> Car- 2  
 thaginienses pleraeque<sup>4</sup> Africae imperitabant,  
 Cyrenenses quoque magni atque opulenti fue-  
 re. Ager in medio arenosus, vna specie<sup>5</sup>: ne- 3  
 que flumen neque mons erat, qui fines<sup>6</sup> eo-  
 rum discerneret: quae res in eos magno diutur-  
 noque bello inter se habuit<sup>7</sup>. Postquam vtrim- 4  
 que legiones<sup>8</sup>, item classes saepe fusae fuga-  
 taeque<sup>9</sup>, & alteri alteros aliquantum attriue-  
 rant<sup>10</sup>; veriti, ne mox victos victoresque defes-  
 sos alius<sup>11</sup> adgrederetur, per inducias<sup>12</sup> sponso-  
 nem<sup>13</sup> faciunt, vti certo die legati domo profi-  
 scerentur: quo in loco inter se obuii fuissent,  
 in<sup>14</sup> communis vtriusque populi finis<sup>14</sup> habere-  
 tur. Igitur duo fratres Carthagine missi, quibus<sup>5</sup>  
 nomen Philaenis erat, maturauere iter perge-  
 re<sup>15</sup>: Cyrenenses tardius iere<sup>16</sup>. Id socor-  
 diane<sup>17</sup>, an casu<sup>18</sup> acciderit, parum cogno-  
 vi.

1 Non alienum a proposito nostro. 2 de ea re. 3 quo  
 tempore. 4 plurimam partem Africam sub sua potestate  
 habebant. 5 In vna planitie. 6 limites. 7 detinuit.  
 8 exercitus. 9 sunt. 10 debilitauerat. 11 tertius ali-  
 quis interueniens. 12 durch einen Stillstand der Waffen.  
 13 ein pactum und Corpromiss. 14 limes imperii. 15  
 iter suum celeriter instituerunt. 16 paullo tardius profecti  
 sunt. 17 ex socordia & pigritia aliqua. 18 fortuito.

- 6 vi<sup>19</sup>. Caeterum solet in locis illis tempestas haud secus, atque in mari, retinere<sup>20</sup>. Nam, vbi per loca aequalia & nuda gignentium<sup>21</sup>, ventus coortus arenam humo excitauit, ea<sup>22</sup> magna vi agitata, ora<sup>23</sup> oculosque implere<sup>24</sup>,  
 7 ita, prospectu impedito<sup>25</sup>, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores<sup>26</sup> se esse vident, & ob rem corruptam<sup>27</sup> domi poenas metuunt; criminari<sup>28</sup> Carthaginenses ante tempus domo digressos<sup>29</sup>, conturbare rem<sup>30</sup>, denique omnia malle<sup>31</sup>, quam victi abire<sup>32</sup>.  
 8 Sed cum Poeni<sup>33</sup> aliam conditionem tantummodo aequam<sup>34</sup> peterent; Graeci optionem<sup>35</sup> Carthaginensium faciunt, vti vel illi, quos fines<sup>36</sup> populo suo peterent, ibi viui obruerentur: vel eadem conditione sese<sup>37</sup>, quem in locum  
 9 vellent<sup>38</sup>, processuros. Philaeni, conditione probata<sup>39</sup>, seque vitamque suam reip. condonauere: ita viui obruti<sup>40</sup>. Carthaginenses in eo loco Philaenis fratribus aras consecraverunt: aliique illis domi honores instituti<sup>41</sup>.  
 Nunc ad rem<sup>42</sup> redeo. CA-

19 non satis cognitum habeo. 20 pergrinantes morari. 21 quae nihil aliud proferunt quam nudam solitudinem. 22 arena. 23 faciem hominum. 24 incipit. 25 wenn man wegen des Staubes nicht vor sich sehen kan. 26 hinten nachkommen. 27 perditam. 28 accusare coeperunt. 29 quasi Carthaginenses digressi domo forent ante tempus. 30 quasi illi conturbarent negotium hoc de limitibus. 31 faceret & pati. 32 domum. 33 Carthaginenses. 34 si modo haec conditio aequa esset. 35 die VVabl. 36 in illis finibus, quos. 37 Graecos. 38 Carthaginenses. 39 adprobata. 40 fuerunt. 41 fuerunt. 42 ad narrationem nostram de bello.

## CAPVT LXXX.

**I**vgurtha postquam, amissa Thala <sup>1</sup>, nihil fa- <sup>1</sup>  
 tis firmum <sup>2</sup> contra Metellum putat; per ma-  
 gnas solitudines cum paucis profectus, perue-  
 nit ad Gaetulos, genus hominum ferum incul-  
 tumque <sup>3</sup>, & eo tempore ignarum nominis Ro-  
 manū. Eorum multitudinem in vnum <sup>4</sup> cogit: <sup>2</sup>  
 ac paulatim consuefacit ordines habere <sup>5</sup>, si-  
 gna <sup>6</sup> sequi, imperium obseruare, item alia mi-  
 litaria <sup>7</sup> facere. Praeterea regis Bocchi proxu- <sup>9</sup>  
 mos <sup>8</sup> magnis muneribus, & maioribus pro-  
 missis, ad studium sui <sup>9</sup> perducit; quos adiutori-  
 bus regem <sup>10</sup> adgressus, impellit <sup>11</sup>, vt aduersum  
 Romanos bellum suscipiat. Id <sup>ea</sup> gratia <sup>12</sup> fa- <sup>4</sup>  
 cilis pronisque <sup>13</sup> fuit, quod Bocchus initio  
 huiusce belli legatos Romam miserat, foedus &  
 amicitiam petitum <sup>14</sup>. Quam rem opportu- <sup>5</sup>  
 nissimum incepto belli <sup>15</sup> pauci <sup>16</sup> impediue-  
 rant, caeci auaritia <sup>17</sup>, queis omnia honesta at-  
 que inhonesta vendere mos erat. Etiam ante <sup>6</sup>  
 Iugurthae filia Bocchi nupserat <sup>18</sup>. Verum ea  
 necessitudo <sup>19</sup> apud Numidas, Maurosque le-  
 vis

<sup>1</sup> Cum amisisset oppidum Thalam. <sup>2</sup> tutum esse. <sup>3</sup>  
 agreste. <sup>4</sup> locum. <sup>5</sup> obseruare. <sup>6</sup> militaria. <sup>7</sup> of-  
 ficia. <sup>8</sup> agnatos, ministros. <sup>9</sup> ad partes suas. <sup>10</sup>  
 Bocchum. <sup>11</sup> persuadet ipsum. <sup>12</sup> ideo. <sup>13</sup> facilis  
 factu. <sup>14</sup> qui peterent. <sup>15</sup> sub initio belli. <sup>16</sup> Ro-  
 mani. <sup>17</sup> ex auaritia. <sup>18</sup> filia Bocchi data erat Iugur-  
 thae in matrimonium. <sup>19</sup> cognatio.

vis<sup>20</sup> ducitur: quod singuli pro opibus<sup>21</sup> quis  
que quam plurimas vxores, denas alii, alii plu-  
7 res habebant; sed reges eo amplius<sup>22</sup>. Ita ani-  
mus multitudinem<sup>23</sup> distrahitur; nullam pro so-  
cia<sup>24</sup> obtinet: pariter omnes<sup>25</sup> viles sunt.

20 pro re vili habetur. 21 pro facultatibus suis, *ieder nach seinem Stand und Vermögen*. 22 plures vxores habent. 23 mulierum. 24 thori habet, pro legitima coniuge. 25 vxores parui aestimantur, *eine voie die andre*.

## CAPVT LXXXI.

1 Igitur in locum ambobus placitum<sup>1</sup> exerci-  
tus conueniunt. Ibi, fide data, & accepta,  
Iugurtha cum<sup>2</sup> Bocchi animum oratione<sup>3</sup>  
accendit: Romanos iniustos<sup>4</sup>, profunda saua-  
ritia, communes omnium hostes esse: eandem  
illos causam belli cum Boccho habere, quam  
secum<sup>5</sup>, & aliis gentibus: lubidinem imperi-  
tandi<sup>7</sup>, queis omnia regna aduersa sint: tum  
sefe paullo ante Carthaginenses, item regem Per-  
sen, post, vti quisque opulentissimus videatur,  
2 ita Romanis hostem fore. His, atque aliis tali-  
bus dictis, ad Cirtam oppidum iter constituunt:  
quod ibi Q. Metellus praedam, captiuosque<sup>3</sup>  
3 & impedimenta locauerat<sup>8</sup>. Ita Iugurtha ra-  
tus, aut, capta vrbe, operae pretium fore<sup>9</sup>; aut  
si

1 Quem ambo adprobauerant. 2 dum. 3 hac. 4 es-  
se. 5 ipsos habere, profundam avaritiam. 6 cum se Iu-  
gurtha. 7 esse in animis Romanorum. 8 tanquam in lo-  
cum eorum. 9 *es wird de sich der Mühe verlobnen*.

si Romanos<sup>10</sup> auxilio suis venisset, praelio sese certaturos. Nam callidus<sup>11</sup> id modo festinabat<sup>12</sup>, Bocchi pacem imminuere<sup>13</sup>; ne, moras agitando, aliud<sup>14</sup>, quam bellum mallet<sup>15</sup>.

10 Metellus. 11 Iugurtha. 12 ideo tantum festinabat. 13 ut imminueret. 14 potius alia omnia. 15 Bocchus.

CAPVT LXXXII.

Imperator<sup>1</sup> postquam de regum societate<sup>1</sup> cognouit<sup>2</sup>, non temere, neque uti saepe iam victo Iugurtha, consueuerat<sup>3</sup>, omnibus locis pugnandi copiam<sup>4</sup> facit: caeterum haud procul ab Cirta castris munitis, reges operitur<sup>5</sup>; melius esse ratus, cognitis Mauris<sup>6</sup>, quoniam is nouus hostis accesserat, ex commodo<sup>7</sup> pugnam facere. Interim Roma<sup>8</sup> per litteras fit certior, Mario Prouinciam Numidiam datam<sup>9</sup>. Nam consulem factum<sup>10</sup> ante acceperat. Quibus<sup>2</sup> rebus supra bonum atque honestum<sup>11</sup> percussus<sup>12</sup>, neque lachrymas tenere<sup>13</sup>, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem pati<sup>14</sup>. Quam<sup>3</sup> rem alii in superbiam vortebant<sup>15</sup>: alii bonum in-

1 Metellus. 2 audiuit. 3 facere. 4 occasionem. 5 expectat. 6 dum cognouerat ingenia Maurorum. 7 ex opportunitate. 8 ex vrbe Roma. 9 esse. 10 esse Marium. 11 supra quam fas & decorum fuit. 12 territus. 13 potuit. 14 dolorem pati non poterat. 15 interpretabantur.

ingenium contumeliæ <sup>16</sup> accensum <sup>17</sup> esse: multi <sup>18</sup>, quod iam parta victoria ex manibus eriperetur; nobis satis cognitum <sup>19</sup>, illum magis honore Marii, quam iniuria sua <sup>20</sup> excruciatum <sup>21</sup>: neque tam anxie laturum fuisse, si ademta provincia alii <sup>22</sup> quam Mario traderetur <sup>23</sup>.

<sup>16</sup> per hanc contumeliam. <sup>17</sup> iratum factum. <sup>18</sup> dolebant. <sup>19</sup> est. <sup>20</sup> per contumeliam suam. <sup>21</sup> fuisse. <sup>22</sup> alteri. <sup>23</sup> tradita fuisset.

## CAPVT LXXXIII.

**I**gitur eo dolore impeditus <sup>1</sup>, & quia stultitiæ <sup>2</sup> videbatur, aliam rem periculo <sup>3</sup> suo curare, legatos ad Bocchum mittit postulatam <sup>4</sup>, *ne sine causa hostis populo Rom. fieret: habere eum magnam copiam <sup>5</sup> societatis amicitiaque coniungendæ <sup>6</sup>, quæ potior <sup>7</sup> bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere <sup>8</sup> incerta pro certis mutare: omne bellum sumi facile, caeterum ægerrime <sup>9</sup> definere: non in eius <sup>10</sup> potestate initium eius <sup>11</sup> & finem esse: incipere <sup>12</sup> cuius etiam ignaui licere, deponi <sup>13</sup>, cum victores velint; proinde sibi regnoque suo consulere: neu florentes <sup>14</sup> res suas cum Iugurthæ perditis <sup>15</sup> miseret. Ad ea <sup>16</sup> rex satis placite verba facit: fese*

<sup>1</sup> Metellus. <sup>2</sup> quia stultum esse. <sup>3</sup> cum. <sup>4</sup> qui postulerent, proponerent. <sup>5</sup> occasionem. <sup>6</sup> cum Romanis. <sup>7</sup> melior, utilior. <sup>8</sup> Bocchum. <sup>9</sup> d. f. culter. <sup>10</sup> Bocchi. <sup>11</sup> belli. <sup>12</sup> bellum. <sup>13</sup> bellum. <sup>14</sup> felicitatem status sui. <sup>15</sup> rebus. <sup>16</sup> ad hæc postulata Metelli.

fese pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum <sup>17</sup> misereri; si eadem illi copia fieret <sup>18</sup>, omnia conuentura <sup>19</sup>. Rursus imperator, contra postulata Bocchi, nuncios mittit. Ille probare paritum <sup>20</sup>, alia abnuere <sup>21</sup>. Eo modo, saepe ab utroque missis remissisque nunciis, tempus procedere <sup>22</sup>, & ex Metelli voluntate bellum intactum trahi <sup>23</sup>.

<sup>17</sup> miseriarum. <sup>18</sup> si Iugurtha idem posset impetrare. <sup>19</sup> facile fieri posse pacem. <sup>20</sup> alia. <sup>21</sup> recusare. <sup>22</sup> coepit. <sup>23</sup> traheretur.

CAPVT LXXXIV.

**A**T Marius, uti supra diximus, cupientissima plebe <sup>1</sup> consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus iussit <sup>2</sup>, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus <sup>3</sup> atque ferox instare <sup>4</sup>: singulos modo, modo uniuersos laedere: detritare, sese consulatum ex victis illis quasi spolia cepisse <sup>5</sup>: alia praeterea magnifica pro se, & illis dolentia <sup>6</sup>: interim, quae bello <sup>7</sup> opus erant, prima habere <sup>8</sup>; postulare legionibus supplementum <sup>9</sup>: auxilia a populis, & regibus, sociisque accersere <sup>10</sup>: praeterea ex Latio <sup>11</sup> fortissimum quemque, plerisque militia <sup>12</sup>, paucos fama <sup>13</sup> cognitos accire <sup>14</sup>, &

<sup>1</sup> Magna voluntate plebis. <sup>2</sup> tradi. <sup>3</sup> saepissime. <sup>4</sup> premere nobilitatem. <sup>5</sup> se consulatum iam accepisse tanquam praedam ex victoria nobilibus. <sup>6</sup> & quae tristitiam doloremque adferebant nobilibus. <sup>7</sup> ad bellum. <sup>8</sup> ante omnia curare. <sup>9</sup> Recruten. <sup>10</sup> aduocare. <sup>11</sup> ex provinciis Latinis. <sup>12</sup> in bellis iam cognitos sibi. <sup>13</sup> per famam. <sup>14</sup> ad se vocare.

esse:  
mani-  
illum  
scru-  
te, si  
ade-

3 do-  
21

iae 2

are,  
sine  
ma-  
gen-  
opi-  
pro  
acte.

po-  
e 12  
i fo-  
res:  
is 15  
ocit:  
fese

4 qui  
cum  
d fsi-  
bel-  
16  
17

& ambiundo <sup>15</sup> cogere homines emeritis stipen-  
 2 diis <sup>16</sup> secum proficisci <sup>17</sup>. Neque illi <sup>18</sup> sena-  
 tus, quamquam aduersus erat, de vilo negotio  
 negare <sup>19</sup> audebat: caeterum supplementum  
 etiam laetus <sup>20</sup> decreuerat: quia, neque plebe  
 militiam volente, putabatur Marius aut belli v-  
 sum <sup>21</sup>, aut studia <sup>22</sup> vulgi amitturus. Sed ea  
 3 res frustra sperata <sup>23</sup>. Tanta libido <sup>24</sup> cum Ma-  
 rio cundi plerosque inuaserat: sese quisque præ-  
 da <sup>25</sup> locupietem fore, victorem domum reditu-  
 rum <sup>26</sup>: alia huiuscemodi animis trahebant <sup>27</sup>;  
 & eos non paullum <sup>28</sup> oratione sua Marius ere-  
 4 xerat <sup>29</sup>. Nam postquam, omnibus, quae po-  
 stulauerat, decretis <sup>30</sup>, milites scribere vult; hor-  
 tandi causa, simul & nobilitatem, vti consueue-  
 rat, exagitandi <sup>31</sup> concionem populi aduocauit;  
 deinde hoc modo disseruit:

<sup>15</sup> rogando. <sup>16</sup> qui iam stipendia sua meruerant. <sup>17</sup>  
 in Numidiam. <sup>18</sup> Mario. <sup>19</sup> recusare, aduersari. <sup>20</sup>  
 Senatus libens. <sup>21</sup> utilitatem. <sup>22</sup> fauorem. <sup>23</sup> est.  
<sup>24</sup> cupiditas a dor. <sup>25</sup> ex praeda. <sup>26</sup> esse. <sup>27</sup> cogi-  
 tabant. <sup>28</sup> parum. <sup>29</sup> confirmauerat. <sup>30</sup> per Sena-  
 tum. <sup>31</sup> vexandi.

## CAPVT LXXXV.

1 **S**cio ego, Quirites, plerosque non iisdem <sup>1</sup> arti-  
 bus imperium a vobis petere, & postquam ade-  
 pti sunt gerere <sup>2</sup>; primo <sup>3</sup> industrios, supplices <sup>4</sup>,  
 modicos esse: dein per ignauiam & superbiam ae-  
 2 tatem agere <sup>5</sup>; Sed mihi contra videtur <sup>6</sup>. Nam  
 quo

<sup>1</sup> Paribus. <sup>2</sup> imperium. <sup>3</sup> initio quidem. <sup>4</sup> humi-  
 les. <sup>5</sup> viuere soleut. <sup>6</sup> sed mea opinio longe alia est.

quo vniuersa resp. pluris est quam consulatus 7  
aut praetura, eo maiore cura illam administrari,  
quam haec 8 peti debere. Neque me fallit 9, quan- 3  
tum 10 cum maximo beneficio vestro negotii susti-  
neam. Bellum parare, simul & aerario parcere;  
cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi  
forisque omnia curare; & ea agere inter inuidos,  
occurfantes 11 factiosos: opinione, Quirites, aspe-  
rius est 12. Ad hoc alii, si deliquere 13, vetus no- 4  
bilitas, maiorum facta fortia, cognatorum & affi-  
nium opes 14, multae clientelae 15, omnia haec  
praesidio adsunt 16: mihi spes omnes in memet  
suae 17, quas necesse est & virtute 18 & innocen-  
tia 19 tutari 20. Nam alia infirma sunt. Et il- 5  
lud intelligo, Quirites, omnium ora in me conuersa  
esse, aequos bonosque fauere 21: (quippe benefacta  
mea reip. procedunt 22) nobilitatem locum in-  
vadendi 23 quaerere. Quo mihi acrius 24 admi- 6  
tendum est, vti neque vos capiamini 25, & illi fru-  
stra

---

7 dum mihi videtur tota respublica Romana longe prae-  
stantior esse quam consulatus. 8 consulatum & praetu-  
ram. 9 & ego omnino scio. 10. quam graue. 11 ad-  
versantes semper. 12 id difficilius est, quam quisquam pu-  
tat. 13 si quid forte peccarunt. 14 potentia. 15 clientes  
multi, quorum patroni sunt nobiles. 16 nobilibus. 17 sunt.  
18 per virtutem meam. 19 integritatem morum. 20 tueri,  
seruare. 21 mihi. 22 quidquid ego recte faciam, id  
omne cedat in reipublicae utilitatem. 23 vos redigendi in  
seruitutem. 24 tanto maiori studio elaborandum est mihi.  
25 a nobilibus redigamini in seruitutem.

7 *stra sent* 26. *Ita ad hoc aetatis* 27 *a pueritia* 28  
*fui, ut omnes labores, pericula consueta habe-*  
 8 *am* 29. *Quae ante vestra beneficia gratuito* 30 *fa-*  
*ciebam, ea uti* 31, *accepta mercede* 32 *deseram non*  
 9 *est consilium* 33, *Quirites. Illis difficile est in po-*  
*testatibus temperare* 34, *qui per ambitionem sese*  
*probos simulauere: mihi, qui omnem aetatem in*  
 10 *ordine in naturam vertit* 35. *Bellum me gerere*  
*cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas aeger-*  
*rume tulit. Quceso, reputate cum* 36 *animis*  
*vestris, num id mutari melius sit, si quem ex illo*  
*globo* 37 *nobilisatis ad hoc* 38, *aut aliud tale nego-*  
*tium, mittatis, hominem veteris prosapiae* 39, *ac*  
*multarum imaginum* 40, & *nullius stipendii* 41;  
*scilicet ut in tanta* 42 *re ignarus omnium* 43 *tre-*  
*pideret, festinet, sumat aliquem ex populo* 44 *moni-*  
 11 *storem* 45 *officii sui. Ita plerumque euenit; uti* 46,  
 12 *quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem a-*  
*lium quaerat* 47. *At ego scio* 48, *Quirites, qui,*  
*postquam consules facti sunt, acta maiorum* 49,

26 & ut conatus nobilium frustranei fiant. 27 ad hoc usque tempus. 28 u. ea. 29 tanquam ex consuetudine habeam. 30 sine mercede. 31 ut iam. 32 consularu accepto, quasi in praemium meae virtutis. 33 meum, hoc mihi constitutum non est. 34 sibi. 35 ut non possim non recte facere. 36 apud animos vestros. 37 factione illa. 38 negotium belli Iugurthini. 39 generis, nobilitatis. 40 maiorum. 41 qui tamen nunquam in bello fuit. 42 tam graui negotio. 43 rerum. 44 ignobilem aliquem. 45 rectorem ac moderatorem. 46 ut is. 47 a quo de ratione belli gerendi edocentur. 48 aliquos. 49 suorum maiorum res gestas.

Graecorum militaria praecepta legere coepe-  
 rint; homines praeposteri 50. Nam gerere quam  
 fieri, tempore posterius, re atque vsuprius est 51.  
 Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia  
 me hominem novum. Quae illi 52 audire & legere  
 solent: eorum 53 partem vidi, alia egomet gessi;  
 quae illi litteris 54 ea ego militando 55 didici:  
 nunc vos existimate, facta an dicta pluris sint 56.  
 Contemnunt novitatem meam: ego 57 illorum i-14  
 gnaviam. Mibi fortuna 58, illis 59 probra ob-  
 iectantur. Quamquam ego naturam unam 60, 15  
 & communem omnium existimo, sed fortissimum  
 quemque generosissimum 61 esse. Ac si iam ex 16  
 patribus 62 Albini aut Bestiae quaeri 63 possent,  
 mene 64, an illos ex se gigni maluerint? quid 65  
 responsuros creditis, nisi sese liberos quam opti-  
 mos voluisse 66. Quod si iure despiciunt 67 me, 17  
 faciant idem maioribus suis 68; quibus, uti mihi,  
 ex

50 das sind verkehrte Leute. 51 locus obscurus est,  
 sensus tamen esse fortassis hic debet, quod antecedere  
 oporteat cognitionem rerum agendarum & belli geren-  
 di, etiam ex lectione, sed quando cognitio haec praeces-  
 serit, tunc demum sequi oportere administrationem ma-  
 gistratum; non vero vice versa. 52 nobiles. 53 har-  
 rum rerum. 54 ex lectione librorum didicerunt. 55 per  
 frequentem militiam. 56 aestimanda. 57 contempto.  
 58 humile genus & ignobile. 59 nobilibus autem obii-  
 ciuntur varia dedecora. 60 esse omnium hominum. 61  
 nobilissimum. 62 ex patribus duorum Consulum, quia  
 Numidia bellum gesserunt. 63 interrogari. 64 num me.  
 65 aliud. 66 filius. 67 contemnunt. 68 ut & illos  
 contemnunt.

**18** ex virtute nobilitas coepit <sup>69</sup>. Inuident honori  
 meo: ergo inuideant labori, innocentiae <sup>70</sup>, peri-  
 culis etiam meis: quoniam per haec <sup>71</sup> illum <sup>72</sup>  
**19** cepti. Verum homines corrupti superbia <sup>73</sup>, ita  
 aetatem agunt, quasi honores vestros contemnant:  
**20** ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Nae illi falsi  
 sunt <sup>74</sup>, qui diuersissimas res pariter expectant,  
**21** ignaviae <sup>75</sup> voluptatem & praemia virtutis. At-  
 que etiam cum apud vos aut in senatu verba fa-  
 ciunt, pleraque <sup>76</sup> oratione maiores suos extollunt;  
 eorum fortia facta memorando clariores sese pu-  
**22** tant: quod contra est <sup>77</sup>. Nam, quanto vita illo-  
 rum praeclarius, tanto horum socordia flagitios-  
**23** or <sup>78</sup>. Et profecto ita se res habet, maiorum glo-  
 ria posteris lumen <sup>79</sup> est, neque bona neque mala  
**24** eorum in occulto <sup>80</sup> patitur. Huiusce rei ego in-  
 opiam patior <sup>81</sup>, Quirites. Verum id, quod multo  
 praeclarius est, meamet facta mihi dicere <sup>82</sup> licet.  
**25** Nunc videte, quam iniqui sint <sup>83</sup>. Quod ex alie-  
 na virtute sibi arrogant <sup>84</sup>, id mihi ex mea <sup>85</sup> non  
 concedunt: scilicet quia imagines <sup>86</sup> non habeo, &  
 quia

---

<sup>69</sup> qui non aliunde acceperunt nobilitatem suam, nisi ex sola virtute. <sup>70</sup> integritatis. <sup>71</sup> pericula. <sup>72</sup> consularum accepti. <sup>73</sup> per superbiam. <sup>74</sup> profecto illi decipiuntur. <sup>75</sup> ob ignaviam suam. <sup>76</sup> per plurimam partem orationis suae. <sup>77</sup> quod tamen longe aliter se habet. <sup>78</sup> est. <sup>79</sup> ornamentum. <sup>80</sup> latere. <sup>81</sup> malorum meorum gloriam ego quidem ostendere non possum. <sup>82</sup> adpellare in gloriam. <sup>83</sup> nobiles in me. <sup>84</sup> falso adsumunt. <sup>85</sup> virtute. <sup>86</sup> maiores nobiles.

quia mihi noua nobilitas est: quam <sup>87</sup> certe pep-  
 ruisse melius est, quam acceptam corripuisse. Equi <sup>26</sup>  
 dem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint,  
 abunde illis facundam & compositam <sup>88</sup> oratio-  
 nem fore. Sed in maximo vestro beneficio, cum  
 omnibus locis me vosque <sup>89</sup> maledictis lacerent,  
 non placuit reticere, ne quis modestiam in consci-  
 entiam duceret <sup>90</sup>. Nam me quidem ex animi <sup>27</sup>  
 sententia <sup>91</sup> nulla oratio laedere potest. Quippe  
 vera <sup>92</sup> necesse est bene praedicet <sup>93</sup>: falsam <sup>94</sup>  
 vita moresque mei superant. Sed quoniam vestra <sup>28</sup>  
 consilia accusantur, qui mihi summum honorem &  
 maximum negotium imposuistis: etiam atque et-  
 iam reputate, num id poenitendum <sup>95</sup> sit? Non <sup>29</sup>  
 possum, fidei <sup>96</sup> causa, imagines, neque triumphos,  
 aut consulatus maiorum meorum ostentare: at, si  
 res postulet, hastas, vexillum, phaleras <sup>97</sup>, alia  
 dona militaria, praeterea cicatrices aduerso corpo-  
 re <sup>98</sup>. Haec sunt meae imagines, haec nobilitas, <sup>30</sup>  
 non haereditate relicta <sup>99</sup>, ut illa illis <sup>100</sup>, sed  
 quae ego plurimis meis laboribus & periculis  
 quaesui <sup>101</sup>. Non sunt composita <sup>102</sup> verba mea. <sup>31</sup>

K 2

Pa-

<sup>87</sup> nobilitatem. <sup>88</sup> elegantem. <sup>89</sup> me & simul etiam  
 vos. <sup>90</sup> ne quis putet, quasi, si ego taceam, consiliis sim  
 criminum. <sup>91</sup> ut ego plane persuadeor. <sup>92</sup> si oratio ta-  
 lis vera est. <sup>93</sup> de me. <sup>94</sup> orationem. <sup>95</sup> num ideo ho-  
 noris mihi oblatis vis possit poenitere. <sup>96</sup> der Versiche-  
 rung wegen, ad confirmandam & ostendendam nobi-  
 litatem meam. <sup>97</sup> Pferdeshmuck <sup>98</sup> in pectore osten-  
 tare possum. <sup>99</sup> quae ego non accepi ex haereditate pa-  
 rentum meorum. <sup>100</sup> quemadmodum nobiles accepe-  
 runt talia a suis parentibus. <sup>101</sup> acquisiui. <sup>102</sup> elegan-  
 ter.

*Parum id facio* <sup>103</sup>. *Ipsa se virtus satis ostendit:*  
*illis* <sup>104</sup> *artificio* <sup>105</sup> *opus est, uti turpia facta ora-*  
<sup>32</sup>*tionem* <sup>106</sup> *tegant. Neque litteras Graecas didi-*  
*ci: parum placebat* <sup>107</sup> *eas discere, quippe quae*  
<sup>33</sup>*ad virtutem* <sup>108</sup> *doctoribus nihil profuerunt. At il-*  
*la multo optima reip. doctus sum* <sup>109</sup>: *hostes ferire,*  
*praesidia agitare, nihil metuere, nisi turpem fa-*  
*nam, hiemem & aestatem iuxta* <sup>110</sup> *patri, huius re-*  
*quiescere, eodem tempore inopiam & laborem tole-*  
<sup>34</sup>*rare* <sup>111</sup>. *His ego praeceptis milites hortabor: neque*  
*illos arte colam, me opulenter* <sup>112</sup>; *neque glori-*  
*am meam laborem illorum faciam* <sup>113</sup>. *Hoc est utile,*  
<sup>35</sup>*hoc civile* <sup>114</sup> *imperium. Namque, cum tute* <sup>115</sup>  
*per molliem* <sup>116</sup> *agas, exercitum supplicio* <sup>117</sup> *co-*  
*gere, hoc est, dominum, non imperatorem esse.*  
<sup>36</sup>*Haec atque talia maiores vestri faciundo* <sup>118</sup>, *se-*  
<sup>37</sup>*que remque publicam celebravere. Quae nobili-*  
*tas freta, ipsa dissimilis moribus* <sup>119</sup>, *nos illorum*  
<sup>120</sup> *aemulos contemnit, & omnes honores, non ex-*  
*me.*

---

<sup>103</sup> talia ego non soleo curare. <sup>104</sup> nobilibus. <sup>105</sup> artificiosa oratione. <sup>106</sup> eleganti. <sup>107</sup> nolui. <sup>108</sup> fortitudinem, *Uolverhalten*. <sup>109</sup> haec didici, quae longe utiliora sunt reipublicae. <sup>110</sup> perinde, pari modo ac iure. <sup>111</sup> perferre. <sup>112</sup> neque mihi acquiram divitias. <sup>113</sup> neque ex illorum labore ego otiosus quaeram gloriam. <sup>114</sup> sic decet regi civem. <sup>115</sup> cuius. <sup>116</sup> delicate ac molliiter. <sup>117</sup> per varia supplicia. <sup>118</sup> dum efficiunt. <sup>119</sup> dum plane alios habet mores a maioribus suis. <sup>120</sup> maiorum.

merito, sed quasi debitos, a vobis repetit <sup>121</sup>. Cae-38  
 rerum homines superbissimi procul <sup>122</sup> errant.  
 Maiores eorum omnia, quae licebat <sup>123</sup>, illis reli-  
 quere, diuitias, imagines <sup>124</sup>, memoriam sui prae-  
 clavam, virtutem non relinquere; neque pote-  
 rant <sup>125</sup>. Ea sola neque datur dono, neque acci-39  
 pitur. Sordidum me <sup>126</sup> & incultis <sup>127</sup> moribus  
 aiunt; quia parum scite <sup>128</sup> conuiuium exorno,  
 neque histrionem ullum, neque pluris <sup>129</sup> pretii co-  
 quum, quam villicum, habeo: quae mihi lubet  
 consteri <sup>130</sup>, Quiritas. Nam & ex parente meo40  
 & ex aliis sanctis <sup>131</sup> viris ita accepi: munditias  
 mulieribus, viris laborem conuenire, omnibusque  
 bonis oportere plus gloriae, quam diuitiarum <sup>132</sup>  
 esse; arma, non suppellectilem, decori esse <sup>133</sup>.  
 Quin ergo, quod iuvat <sup>134</sup>, quod carum aestu-41  
 mant, id semper faciant: ament, potent; ubi  
 adolescentiam habuere, ibi senectutem egant, in  
 conuiuiis, dediti ventri <sup>135</sup>, & turpissimae parti  
 corporis: sudorem, puluerem & alia talia relin-  
 quant nobis, quibus illa epulis incurdiora sunt <sup>136</sup>.  
 Verum non ita est. Nam, ubi se flagitiis dedeco-42  
 rauere turpissimi viri, bonorum praemia <sup>137</sup> ere-

K 3

ptum

121 postulat. 122 longissime a vero aberrant. 123 quae  
 potuerunt. 124 nobilitatem generis. 125 illam poste-  
 ris suis relinquere. 126 esse. 127 horridis 128 elegan-  
 ter. 129 maioris. 130 haec omnia in me esse sponte mea  
 confiteor. 131 honestis. 132 & quod boni viri plus  
 gloriae habere debeant, quam diuitiarum. 133 viris. 134  
 delectat illos. 135 voluptati. 136 qui haec omnia longe  
 pluris aestimant us, quam delicatissima conuiuia. 137 ea  
 praemia honorum, quae debentur bonis viris.

s. 105  
 B for-  
 longe  
 ac iu-  
 uitas.  
 priam.  
 molli-  
 e. 119  
 o ma

43ptum eunt 138. Ita iniustissime 139 luxuria &  
 ignavia, pessimae artes, illis, qui coluere 140 eas,  
 nihil officunt 141, reip. innoxiae cladi sunt. Nunc,  
 44quoniam illis, quantum mores mei, non illorum 142  
 flagitia, poscebant, respondi; pauca de rep. lo-  
 45quar. Primum omnium de Numidia bonum  
 habete animum, Quirites. Nam quae ad hoc  
 tempus Iugurtham tutata 143 sunt, omnia re-  
 mouistis, auaritiam, imperitiam, superbiam.  
 Dein exercitus ibi est locorum sciens 144, sed me-  
 46bercule magis strenuus, quam felix. Nam ma-  
 gna pars eius auaritia 145 aut temeritate ducum  
 47attrita est 146. Quamobrem vos, quibus milita-  
 ris 147 aetas est, adnitemini mecum, & capeffe-  
 re 148 temp. neque quemquam ex calamitate alio-  
 rum, aut imperatorum superbia metus cepe-  
 rit 149. Ego met in agmine, in praelio consultor  
 idem 150, & socius periculi vobiscum adero;  
 meque vosque in omnibus rebus iuxta ge-  
 48ram 151. Et profecto, diis iuuantibus, omnia ma-  
 zura 152 sunt, victoria, praeda, laus: quae si du-  
 bia aut procul essent, tamen omnes bonos reip. sub-  
 49venire 153 decet. Etenim nemo ignavia 154 im-  
 mor-

138 student eripere. 139 per summam iniuriam. 140  
 amant. 141 nullum adferunt damnum. 142 nobilium.  
 143 defenderunt, securum praestiterunt. 144 peritus.  
 145 per auaritiam. 146 debilitata. 147 qui aetatem ha-  
 betis aptam ad militaria officia. 148 curam gerite reipub-  
 licae. 149 capiat, terreat. 150 ego ipse consiliarius ero.  
 151 & vos non aliter tractabo, quam memet ipsum. 152  
 iam parata sunt. 153 auxilio esse. 154 ex ignavia, per  
 & propter ignauiam suam.

mortalis factus: neque quisquam parens <sup>155</sup> liberis  
<sup>156</sup>, ut aeterni forent, optavit: magis <sup>157</sup>, ut boni  
honestique vitam <sup>158</sup> exigerent. Plura dicerem, <sup>50</sup>  
Quirites, si timidis virtutem verba adderent. Nam  
strenuis <sup>159</sup> abunde dictum <sup>160</sup> puto.

<sup>155</sup> pater. <sup>156</sup> suis. <sup>157</sup> id optavit potius. <sup>158</sup> suam.  
<sup>159</sup> fortibus viris. <sup>160</sup> satis iam dictum esse a me.

CAPVT LXXXVI.

**H**Viuscemodi oratione habita, Marius post- <sup>1</sup>  
quam plebis animos arrectos <sup>2</sup> videt, prope-  
re <sup>3</sup> commeatu, stipendio, armis, aliisque vtilli-  
bus <sup>4</sup> naues onerat: cum his A. Manlium lega-  
tum <sup>5</sup> proficisci iubet. Ipse interea milites scri- <sup>2</sup>  
bere <sup>6</sup> non more maiorum, neque ex classibus <sup>7</sup>,  
sed uti cuiusque lubido <sup>8</sup> erat, capite censos <sup>9</sup> ple-  
rosque. Id factum <sup>9</sup> alii inopia bonorum <sup>10</sup>, <sup>3</sup>  
alii per ambitionem consulis memorabant,  
quod <sup>11</sup> ab eo genere <sup>12</sup> celebratus auctusque <sup>13</sup>

K 4 erat,

<sup>1</sup> Confirmatos, alacres. <sup>2</sup> sine mora. <sup>3</sup> ad bellum  
necessariis. <sup>4</sup> General-Lieutenant. <sup>5</sup> werben, colligere.  
<sup>6</sup> tota ciuitas Romana erat distributa in certas centurias  
& classes, non male tamen dices, si intelligas hunc locum  
ita, quasi ex classariis seu remigibus etiam collecti sint mi-  
lites, quippe quod factum esse aliquando ac saepius, ex  
Suetonio patet. <sup>7</sup> pro voluntate cuiusque. <sup>8</sup> qui ob re-  
nuitatem rei familiaris non aere seu pecunia, sed capite  
censebantur, vno verbo, pauperes. <sup>9</sup> esse. <sup>10</sup> ob ino-  
piam bonorum & honestorum virorum, qui noluerunt cum  
Mario ad id bellum proficisci. <sup>11</sup> quoniam. <sup>12</sup> paupe-  
rum. <sup>13</sup> ad Consulatum promotus.

a &  
eas,  
Iunc,  
142  
lo-  
onui  
hoc  
re-  
iam.  
me-  
ma-  
ucum  
itita-  
pess.  
alio.  
cepe-  
sultor  
dero ;  
ge-  
ania.  
si du-  
sub-  
im-  
mor-  
140  
ilium.  
eritus.  
in ha-  
reipu-  
us ero.  
152  
per

erat. & homini <sup>14</sup> potentiam quaerenti egentissimus quisque opportunissimus <sup>15</sup>, cui neque sua <sup>16</sup> curae (quippe quae nulla sunt) & omnia cum <sup>4</sup> pretio <sup>17</sup> honesta videntur. Igitur Marius cum aliquanto maiore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato <sup>5</sup> to. Nam Metellus conspectum <sup>18</sup> Marii fugerat; ne videret ea, quae audita <sup>19</sup> animus <sup>20</sup> tollerare nequiuerat.

<sup>14</sup> Mario. <sup>15</sup> maxime idoneus visus sit. <sup>16</sup> negotia. <sup>17</sup> si modo praemium aliquod proponatur. <sup>18</sup> praesentiam. <sup>19</sup> haecenus audita. <sup>20</sup> Metelli.

## CAPVT LXXXVII.

<sup>1</sup> Sed consul <sup>1</sup>, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem & praeda onustum <sup>2</sup> proficiscitur. Omnia ibi capta militibus donat: dein castella, & oppida natura <sup>3</sup> & viris <sup>4</sup> parum munita adgreditur: praelia multa, caeterum alia leuia <sup>5</sup> aliis locis facere <sup>6</sup>. <sup>2</sup> Interim noui milites sine metu pugnae adesse <sup>7</sup>: videre <sup>8</sup> fugientes <sup>9</sup> capi aut occidi; fortissimum quemque tutissimum <sup>10</sup>: armis libertatem, patriam parentesque, & alia omnia tegi <sup>11</sup>, gloriam <sup>3</sup> atque diuitias quaeri <sup>12</sup>. Sic breui spatio <sup>13</sup> no-  
vi

<sup>1</sup> Marius. <sup>2</sup> vbi multa praeda erat. <sup>3</sup> a natura. <sup>4</sup> militibus, praesidiis. <sup>5</sup> praelia. <sup>6</sup> coepit Marius. <sup>7</sup> coeperunt adesse praeliis. <sup>8</sup> viderunt. <sup>9</sup> hostes. <sup>10</sup> esse. <sup>11</sup> defendi posse. <sup>12</sup> acquiri posse. <sup>13</sup> temporis.

vi veteresque coaluere <sup>14</sup>, & virtus omnium aequalis facta <sup>15</sup>. At reges <sup>16</sup> vbi de aduentu Marri cognouerunt, diuersi in locos difficiles <sup>17</sup> abeunt. Ita Iugurthae placuerat, speranti, mox effusos <sup>18</sup> hostes inuadi posse; Romanos, sicuti ple-rosque <sup>19</sup>, remoto metu, laxius licentiusque futuros <sup>20</sup>.

<sup>14</sup> ad vnam consuetudinem venerunt. <sup>15</sup> est. <sup>16</sup> Bocchus & Iugurtha. <sup>17</sup> ad quos difficilis erat aditus. <sup>18</sup> dispersos passim. <sup>19</sup> alios homines. <sup>20</sup> luxuriosam vitam & per licentiam acturos esse.

CAPVT LXXXVIII.

**M**etellus interea Romam profectus, contra <sup>1</sup> spem suam laetissimis animis excipitur, plebi patribusque <sup>1</sup>, postquam inuidia <sup>2</sup> decesserat, iuxta carus. Sed Marius impigre prudenter- <sup>2</sup> que suorum & hostium res pariter attendere <sup>3</sup>; cognoscere quid boni <sup>4</sup> vtrisque, aut contra <sup>5</sup> esset: explorare itinera regum; consilia, & insidias eorum anteuenire, nihil apud se remissum <sup>6</sup>, neque apud illos tutum <sup>7</sup> pati. Itaque & Gae- <sup>3</sup> tulos, & Iugurtham, ex sociis nostris praedas a- gentes <sup>8</sup>, saepe adgressus in itinere fuderat <sup>9</sup>, ipsumque regem haud procul ab oppido Circa ar-   
 K 5 mis

<sup>1</sup> Senatoribus. <sup>2</sup> odium. <sup>3</sup> obseruare coepit. <sup>4</sup> vsile. <sup>5</sup> damnosum. <sup>6</sup> nihil luxuriosum aut otiosum. <sup>7</sup> esse, nullam quietem ac defensionem concedebat hostibus, suis militibus autem nec vllam licentiam nec luxuriam. <sup>8</sup> qui agebant praedas. <sup>9</sup> prostrauerat.

4 mis exuerat <sup>10</sup>. Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognouit <sup>1</sup>: statuit vrbes, quae viris aut loco <sup>12</sup> pro hostibus <sup>13</sup> & aduersum <sup>14</sup> se opportunissimae erant, singulas circumuenire <sup>15</sup>: Ita Iugurtham aut praesidiis nudatum <sup>16</sup> iri, si ea <sup>17</sup> pateretur, aut praelio certaturum <sup>18</sup>. Nam Bocchus nuncios saepe ad eum <sup>19</sup> miserat, velle <sup>20</sup> populi Rom. amicitiam, ne <sup>6</sup> quid ab se hostile timeret <sup>21</sup>. Id simulauerintne <sup>22</sup>, quo improuisus grauior accederet <sup>23</sup>, an mobilitate <sup>24</sup> ingenii pacem atque bellum mutare solitus <sup>25</sup>, parum exploratum est.

<sup>10</sup> priuauerat. <sup>11</sup> cum ore latelligeret Marius, talia praelia adferre quidem gloriam, sed per ea bellum non posse confici. <sup>12</sup> loci situ. <sup>13</sup> utiles hostibus. <sup>14</sup> contra. <sup>15</sup> oppugnare. <sup>16</sup> nulla amplius praesidia habiturum esse. <sup>17</sup> id, eas oppugnationes. <sup>18</sup> esse. <sup>19</sup> Marius. <sup>20</sup> se. <sup>21</sup> Marius. <sup>22</sup> an Bocchus ita dixerit ex simulatione. <sup>23</sup> vt improuisus eo maiori impetu offerat adgredi Romanos. <sup>24</sup> ex inconstantia. <sup>25</sup> Bocchus. <sup>26</sup> non satis scio, id affirmare quidem non possum.

## CAPVT LXXXIX.

1 Sed consul <sup>1</sup>, vti statuerat, oppida castellaque munita adire <sup>2</sup>, partim vi, alia metu, aut praemia ostentando, auertere ab hostibus. Ac primo mediocria <sup>3</sup> gerebat, existumans Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum <sup>4</sup>.  
2 Sed vbi illum procul abesse, & aliis negotiis intenten-

<sup>1</sup> Marius. <sup>2</sup> oppugnare coepit. <sup>3</sup> er ließ es nur gemächlich gehen. <sup>4</sup> venturum esse ad praelium.

tentum 5 accepit; maiora, & magis aspera 6 ad-  
 gredi tempus visum est. Erat inter ingentes so- 4  
 litudines oppidum magnum atque valens 7, no-  
 mine Capsa: cuius conditor 8 Hercules Libys  
 memorabatur. Eius ciues apud Iugurtham im-  
 munes 9, leui 10 imperio, & ob ea fidelissimi ha-  
 bebantur, muniti aduersum hostes non moeni-  
 bus modo, & armis atque viris, verum etiam  
 multo magis locorum asperitate 11. Nam prae- 5  
 ter oppido propinqua 12, alia 13 omnia vasta, in-  
 culta, egentia aquae 14, infesta 15 serpentibus:  
 quarum vis 16, sicut omnium ferarum, inopia 17  
 cibi acrior 18: ad hoc 19, natura serpentium ipsa  
 perniciosa, siti 20 magis, quam alia re accendi-  
 tur 21. Eius 22 potiundi Marium maxima cupi- 6  
 do inuaserat, cum propter usum 23 belli, tum quia  
 res aspera 24 videbatur: & Metellus oppidum  
 Thalam magna 25 gloria ceperat, haud dissimi-  
 liter 26 situm munitumque: nisi quod apud Tha-  
 lam non longe a moenibus aliquot fontes erant.  
 Capsenses vna modo, atque ea intra oppidum 7  
 K 6 iugi

5 occupatum esse. 6 difficilia. 7 potens. 8 auctor,  
 exstructor. 9 strenuus. 10 leni tractabantur, regebantur,  
 imperio. 11 difficultate. 12 praeter ea loca, quae pro-  
 pinqua erant oppido. 13 reliqua loca. 14 vbi nulla erat  
 aqua. 15 oppleta. 16 morsus. 17 ob inopiam alimentorum.  
 18 vehementior est. 19 praeterea. 20 per sitim.  
 21 ad furorem, ad morsus venenatos. 22 oppidi. 23 v-  
 stilitatem. 24 difficillima. 25 cum. 26 eodem modo.

iugi aqua, cetera pluuiâ vtebantur <sup>27</sup>. Id ibique, & in omni Africa, quae procul a mari incultius agebat <sup>28</sup>, eo facilius tolerabatur <sup>29</sup>, quia Numidae plerumque lacte & ferina carne vescerentur, & neque sale <sup>30</sup>, neque alia gulae irritamenta <sup>31</sup> quaerebant. Cibus illis aduersum <sup>32</sup> famam & fitim, non libidini <sup>33</sup> neque luxuriae erat.

<sup>27</sup> Capsenses in oppido suo vnam tantum eamque perennem aquam habebant, caeterum vtebantur aqua pluuiali. <sup>28</sup> non ita frequenter habitabatur. <sup>29</sup> perferri poterat. <sup>30</sup> Saltz. <sup>31</sup> per quae irritatur fitis. <sup>32</sup> contra. <sup>33</sup> ad libidinem aut voluptatem.

## CAPVT XC.

**I**gitur consul <sup>1</sup> omnibus exploratis, credo diis <sup>2</sup> frerus, (nam contra tantas difficultates consilio <sup>3</sup> satis prouidere non poterat: quippe etiam frumenti inopia <sup>4</sup> tentabatur, quod <sup>5</sup> Numidae pabulo pecoris magis, quam aruo <sup>6</sup> student, &, quodcumque natum <sup>7</sup> fuerat, iussu regis in loca munita contulerant: ager autem aridus, frugum <sup>8</sup> vacuus ea tempestate: nam aestatis extremum <sup>9</sup> erat) tamen pro rei copia <sup>10</sup> satis prouidenten-

---

<sup>1</sup> Marius. <sup>2</sup> auxilio deorum. <sup>3</sup> per prudentiam humanam. <sup>4</sup> per inopiam frumenti vexabatur, affligebatur. <sup>5</sup> quoniam. <sup>6</sup> agriculturae. <sup>7</sup> procreuerat in agris. <sup>8</sup> frumenti erat vacuus illo tempore. <sup>9</sup> extremum tempus. <sup>10</sup> *so gut als man es haben kunte.*

denter exornat<sup>11</sup>: pecus omne, quod superiori-  
 bus diebus praeda fuerat, equitibus auxiliariis a-  
 gendum<sup>12</sup> attribuit: A. Manlium legatum cum  
 cohortibus expeditis ad oppidum *Laves*, vbi sti-  
 pendium<sup>13</sup> & commeatum locauerat, ire iubet:  
 dicitque, se praedabundum<sup>14</sup> post paucos dies  
 eodem venturum<sup>15</sup>. Sic incepto<sup>16</sup> suo occul- 2  
 tato, pergit<sup>17</sup> ad flumen Tanaim.

<sup>11</sup> exercitum suum instruit etiam frumento. <sup>12</sup> colli-  
 gendum. <sup>13</sup> die *Kriegs-Casse*. <sup>14</sup> quasi agere vellet praed-  
 as. <sup>15</sup> esse. <sup>16</sup> consilio. <sup>17</sup> proficiscitur Marius.

CAPVT XCI.

C Aeterum in itinere quotidie pecus exercitui 1  
 per centurias, item turmas, aequaliter di-  
 stribuerat; & ex coriis<sup>1</sup> vtres<sup>2</sup> vt fierent<sup>3</sup>,  
 curabat: simul & inopiam frumenti lenire<sup>4</sup>,  
 & ignaris omnibus<sup>5</sup>, parare<sup>6</sup>, quae mox vsui  
 forent: denique sexto die, cum ad flumen ven-  
 tum est, maxima vis vtrium effecta<sup>7</sup>. Ibi ca- 2  
 stris leui<sup>8</sup> munimento positis, milites cibum  
 capere, atque, vt simul cum occasu solis adgre-  
 derentur<sup>9</sup>, paratos esse iubet: omnibus sar-  
 cinis abiectis, aqua modo seque<sup>10</sup> & iumenta  
 onerare<sup>11</sup>. Dein, postquam tempus visum<sup>12</sup>, 3

K 7

ca-

<sup>1</sup> Ex corlo. <sup>2</sup> *VVasser-Schlaeuche*. <sup>3</sup> vt conficeren-  
 tur. <sup>4</sup> leuare. <sup>5</sup> & cum nemo eius consilium sciret. <sup>6</sup>  
 coepit omnia. <sup>7</sup> magna copia eiusmodi vtrium ex corio  
 fuit facta. <sup>8</sup> *geringe Verschanzung*. <sup>9</sup> iter. <sup>10</sup> mili-  
 tes. <sup>11</sup> *bepacken*. <sup>12</sup> fuit.

castris egreditur, noctemque totam, itinere facto, confedit: idem proxima <sup>13</sup> facit. Dein tertia multo ante lucis aduentum <sup>14</sup> peruenit in locum tumultuosum <sup>15</sup>, ab Capsa <sup>16</sup> non amplius duum <sup>17</sup> millium <sup>18</sup> interuallo: ibique, quam occultissime <sup>4</sup> me potest, cum omnibus copiis operitur <sup>19</sup>. Sed, vbi dies coepit <sup>20</sup>; & Numidae, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi, repente omnem equitatum, & cum his velocissimos <sup>21</sup> pedites cursu tendere <sup>22</sup> ad Capsam, & portas obsidere iubet; deinde ipse intentus <sup>23</sup> prope sequi, <sup>5</sup> neque milites praedari sinere <sup>24</sup>. Quae postquam oppidani cognouere; res trepidae, metus ingens, malum <sup>25</sup> improuisum, ad hoc pars ciuium extra moenia in hostium potestate, coegere <sup>26</sup>, vti deditionem facerent. Caeterum oppidum incensum <sup>27</sup>. Numidae puberes <sup>28</sup> intercepti, alii <sup>29</sup> omnes venundati, praeda militibus <sup>7</sup> diuisa <sup>30</sup>. Id facinus contra ius belli non auaritia <sup>31</sup>, neque scelere consulis <sup>32</sup> admissum <sup>33</sup>; sed quia locus Iugurthae opportunus, nobis aditu difficilis, genus hominum mobile <sup>34</sup>, infidum, ante neque beneficio, neque metu coercitum <sup>35</sup>.

CA.

<sup>13</sup> nocte. <sup>14</sup> ante ortum diel. <sup>15</sup> vbi multi tumultu erant. <sup>16</sup> vrbe. <sup>17</sup> duorum. <sup>18</sup> passuum. <sup>19</sup> expectat, commoratur. <sup>20</sup> exoriri <sup>21</sup> expeditissimos. <sup>22</sup> celeriter currere. <sup>23</sup> alacri studio. <sup>24</sup> neque concedebat, vt milites agerent praedam. <sup>25</sup> calamitas. <sup>26</sup> haec omnia effecerunt, coegerunt incolas. <sup>27</sup> fuit. <sup>28</sup> iuuentus Numidarum. <sup>29</sup> reliqui ciues. <sup>30</sup> fuit distributa. <sup>31</sup> ex. <sup>32</sup> Marit. <sup>33</sup> fuit. <sup>34</sup> inconstans. <sup>35</sup> quod antea neque per beneficia neque per metum poterat in officio contineri.

## CAPVT XCII.

**P**ostquam tantam rem Marius sine vlllo suo-  
 rum incommodo <sup>1</sup> patrauit <sup>2</sup>, magnus &  
 clarus antea, maior atque clarior haberi <sup>3</sup> coe-  
 pit. Omnia non bene consulta in virtutem <sup>4</sup>  
 trahebantur <sup>5</sup>. Milites modesto imperio habi-  
 ti <sup>6</sup>, simul & locupletes, ad coelum ferre <sup>7</sup>: Nu-  
 midae magis, quam mortalem <sup>8</sup>, timere <sup>9</sup>: po-  
 stremo focii, atque hostes credere <sup>10</sup>: illi <sup>11</sup> aut  
 mentem diuinam esse, aut deorum nutu <sup>12</sup> cun-  
 cta portendi <sup>13</sup>. Sed consul, vbi ea res bene <sup>3</sup>  
 euenit, ad alia oppida pergit <sup>14</sup>, pauca repugnans  
 tibus Numidis capit <sup>14</sup>, plura, deserta <sup>15</sup> pro-  
 pter Capsensium miserias <sup>16</sup>, igni corrumpit <sup>17</sup>:  
 luctu atque caede omnia complentur. Deni <sup>4</sup>  
 que multis locis potitus <sup>18</sup>, ac plerisque exerci-  
 tu incruento <sup>19</sup> aliam rem adgreditur <sup>20</sup>, non  
 eadem asperitate, qua Capsensium <sup>21</sup>, caeterum  
 haud secus <sup>22</sup> difficilem. Namque haud longe <sup>5</sup>  
 a flu-

1 Detrimeto, damno. 2 perfecit. 3 aestimari. 4  
 & quicquid Marius etiam absque prudenti consilio sus-  
 ceperat, id omne interpretabantur esse virtutem. 5  
 tractati a Mario. 6 summo opere coeperunt laudare Ma-  
 rium. 7 tanquam aliquem Deum. 8 coeperunt Ma-  
 rium. 9 in eam opinionem adducti fuerunt. 10 Mario.  
 11 oraculis. 12 indicari. 13 proficiscitur. 14 in pau-  
 cissimis oppidis, quae occupabat Marius, defendebant se  
 Numidae. 15 quae deserta erant. 16 propter miserias,  
 in quas inciderant Capsenses. 17 combussit. 18 cum  
 Marius multa loca occupasset. 19 sine damno exercitus  
 sui. 20 suscipit. 21 vbi non tam multa erat difficultas,  
 quam in oppugnatione urbis Capsae. 22 pariter tamen,  
 haud minus.

a flumine Mulucha, quod Iugurthae Bocchique regnum disiungebat <sup>23</sup>, erat inter caeteram planitiem mons faxeus. mediocri castello <sup>24</sup>, satis patens, immensum editus <sup>25</sup>, vno perangusto aditu relicto: nam omnia natura <sup>26</sup>, velut opere, atque consulto <sup>27</sup>, praecipue <sup>28</sup>. Quem locum Marius, quod <sup>29</sup> ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit: sed ea res sorte <sup>30</sup>, quam consilio melius gesta <sup>31</sup>. Nam castello <sup>32</sup> virorum <sup>33</sup> atque armorum satis magna vis <sup>34</sup>, & frumenti <sup>35</sup>, & fons aquae: aggeribus, turribusque, & aliis machinationibus <sup>36</sup> locus importunus <sup>37</sup>. Iter castellorum <sup>38</sup> angustum admodum vtrimque <sup>39</sup> praecipuum. Vineae <sup>40</sup> cum ingenti periculo frustra agitabantur: nam cum eae paullo processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque pro opere <sup>41</sup> consistere, propter iniquitatem <sup>42</sup> loci, neque inter vineas sine periculo administrare <sup>43</sup>: optimus quisque cadere <sup>44</sup>, aut sauciari, caeteris metus augeri.

CA-

23 diuidebat. 24 in quo medioere castellum erat. 25 altissimus. 26 a natura. 27 de industria. 28 iach. 29 quoniam. 30 per casum fortuitum. 31 fuit. 32 in. 33 militum praesidiatorum. 34 copia erat. 35 erat etiam in eo copia frumenti. 36 bellicis. 37 minus opportunus ad agendas machinas bellicas. 38 eorum, qui in castello erant. 39 gar schmal auf beyden Seiten, und unten verhauen. 40 Sturm-Daecker. 41 ad has machinas. 42 incommoditatem. 43 res suas agere potuerunt. 44 coepit.

## CAPVT XCIII.

**A**T Marius, multis diebus & laboribus con-  
 sumtis, anxius trahere <sup>1</sup> cum animo suo,  
 omitteretne inceptum, quoniam frustra erat,  
 an fortunam opperiretur <sup>2</sup>, qua saepe prospere  
 vsus fuerat. Quae cum multos dies noctes-  
 que aestuans <sup>3</sup> agitaret <sup>4</sup> forte quidam *Ligur* <sup>5</sup>,  
 ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris <sup>6</sup>  
 aquarum <sup>7</sup> egressus, haud procul ab latere ca-  
 stelli, quod aduersum <sup>8</sup> praeliantibus erat,  
 animaduertit inter saxa repentes <sup>9</sup> cochleas:  
 quarum cum vnā atque alteram, dein plu-  
 res pereret <sup>10</sup>, studio legundi <sup>11</sup> paullatim pro-  
 pe ad summum <sup>12</sup> montis egressus est. Vbi <sup>3</sup>  
 postquam solitudinem intellexit, more huma-  
 nae cupidinis ignara visundi <sup>13</sup> animum vor-  
 tit <sup>14</sup>. Et forte in eo loco grandis ilex <sup>15</sup> coa-  
 luerat <sup>16</sup> inter saxa, paullulum modo prona <sup>17</sup>,  
 dein flexa: atque aucta in altitudinem, quo  
 cuncta gignentium natura fert <sup>18</sup>, cuius <sup>19</sup> ra-  
 mis modo, modo eminentibus saxis nifus Li-  
 gur,

<sup>1</sup> Dubitare coeplit. <sup>2</sup> expectaret. <sup>3</sup> in magna animi  
 anxietate. <sup>4</sup> secum expenderet. <sup>5</sup> ex Liguria oriun-  
 dus. <sup>6</sup> ex. <sup>7</sup> *VVasser zu schöpfen*. <sup>8</sup> e regione prae-  
 liantium seu oppugnantium. <sup>9</sup> *kriechende Schne-  
 cken*. <sup>10</sup> quaereret. <sup>11</sup> colligendi cochleas. <sup>12</sup> locum  
<sup>13</sup> ea videndi, quae ipsi erant ignota. <sup>14</sup> attendit. <sup>15</sup>  
*Stein - Eiche*. <sup>16</sup> procreuerat. <sup>17</sup> *vor sich hin neigend*.  
<sup>18</sup> ad quam solent proferri ea omnia, quae a natura gi-  
 gnantur. <sup>19</sup> ilicis.

- gur, castelli planitiem perferibit; quod cuncti  
 5 Numidae intenti praeliantibus aderant <sup>20</sup>. Ex-  
 ploratis omnibus, quae mox vsui fore ducebat <sup>21</sup>,  
 eodem <sup>22</sup> regreditur, non temere <sup>23</sup>, vt adscen-  
 6 derat, sed tentans omnia, & circumspectans. Ita-  
 que Marium propere adit, acta edocet <sup>24</sup>, hortatur,  
 ab ea parte, qua ipse descenderat, castellum  
 tentet <sup>25</sup>: pollicetur sese <sup>26</sup> itineris periculique  
 7 ducem. Marius cum Ligure promissa eius cog-  
 nitum ex praesentibus <sup>27</sup> misit: quorum, vti  
 cuiusque ingenium erat <sup>28</sup>, ita rem difficilem aut  
 facilem <sup>29</sup> renunciauere. Consulis animus ta-  
 8 men paullulum arrectus <sup>30</sup>. Itaque ex copia  
 tubicinum, & cornicinum <sup>31</sup>, quinque numero,  
 quam velocissimos delegit, & cum his, praesidio  
 qui forent <sup>32</sup>, quatuor centuriones: omnesque  
 Liguri parere <sup>33</sup> iubet: & ei negotio <sup>34</sup> proximum  
 diem constituit.

CA.

---

20 quoniam cuncti Numidae expectauerant in muris adgressum praeliantium. 21 quae putabat Ligur posse utilia esse. 22 ad viam suam. 23 sine attentione. 24 narrat, quid actum a se fuerit. 25 adgredi, oppugnare. 26 fore. 27 misit aliquos ex praesentibus, qui cognoscerent promissa Liguris. 28 nach eines ieden Gemüth und Sinn. 29 esse. 30 fuit ad spem. 31 qui cornu canebant. 32 das Commando haben sollten. 33 obedire. 34 perficiendo.

## CAPVT XCIV.

SEd vbi ex praecepto tempus visum <sup>1</sup>, paratis <sup>1</sup>  
 compositisque omnibus, ad locum pergit <sup>2</sup>.  
 Caeterum illi, qui centuriis praecerant praedocti  
 ab duce, arma ornatumque <sup>3</sup> mutauerant, capite  
 atque pedibus nudis, vti prospectus nisusque <sup>4</sup>  
 per saxa facilius foret: super terga gladii & scu-  
 ta <sup>5</sup>; verum ea Numidica <sup>6</sup>, ex coriis <sup>7</sup>, ponderis <sup>8</sup>  
 gratia: simul &, offensa quo lenius streperent <sup>9</sup>.  
 Igitur praegrediens <sup>10</sup> Ligur, saxa, & si quae ve-  
 tustate radices eminebant <sup>11</sup>, laqueis vinciebat <sup>12</sup>,  
 quibus <sup>13</sup> alleuati milites facilius adscenderent:  
 interdum timidos insolentia <sup>14</sup> itineris leuare <sup>15</sup>  
 manu: vbi paullo asperior adscensus erat, sin-  
 gulos prae se inermes mittere; dein ipse cum il-  
 lorum armis sequi, quae dubia nisui videban-  
 tur <sup>16</sup>, potissimum tentare <sup>17</sup>: ac saepius eadem  
 adscendens, ac descendens, dein statim digredi-  
 ens, caeteris audaciam addere <sup>18</sup>. Igitur diu <sup>3</sup>  
 multumque fatigati, tandem in castellum perue-  
 niunt, desertum ab ea parte: quod <sup>19</sup> omnes, sic-  
 ut

1 Fuit. 2 proficiscitur. 3 vestes suas. 4 das Anstemen und Aufsteigen. 5 erant posita, pendebant. 6 iussit, vt haec arma vestesque fierent ex more Numidarum. 7 facta. 8 leuioris. 9 & si arma forte alicubi ad lapides alliderentur, ne grandem strepitum facerent. 10 antecedens. 11 & si quae radices prominebant ob vetustatem. 12 illas radices. 13 laqueis. 14 quia talis modi itineris non erant adfueti. 15 coepit. 16 vbi videbatur, quod milites non possent satis niti. 17 ipse primus potissimum haec loca tentauit. 18 coepit. 19 quoniam omnes praesidiarii.

ut aliis diebus, aduersum hostes <sup>20</sup> aderant <sup>21</sup>. Marius, ubi ex nunciis, quae Ligur egerat <sup>22</sup>, cognouit, quamquam toto die intentos praelio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites <sup>23</sup>, & ipse extra vineas egressus testudine acta succedere <sup>24</sup>, & simul hostem tormentis <sup>25</sup> sagittarum <sup>4</sup> rursusque, & funditoribus eminus terrere <sup>26</sup>. At Numidae, saepe antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli moenibus sese tutabantur: sed pro muro <sup>27</sup> dies noctesque agitare <sup>28</sup>; maledicere <sup>29</sup> Romanis, ac Mario uerborum <sup>30</sup> obiectione, militibus nostris Iugurthae seruitium minari; secundis rebus feroces esse <sup>31</sup>.

5 Interim, Romanis omnibus, hostibusque praelio intentis, magna vi utrimque pro gloria atque imperio his <sup>32</sup>, illis <sup>33</sup> pro salute <sup>34</sup> certantibus, repente a tergo signa cauere <sup>35</sup>: ac primo mulieres, & pueri, qui visum <sup>36</sup> processerant, fugere <sup>37</sup>, deinde, uti quisque muro proximus erat, postremo cuncti armati, inermesque <sup>38</sup>. Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare <sup>39</sup>, fundere <sup>40</sup>, ac ple-

---

20 Romanos. 21 ad muros. 22 quae acta essent ab Ligure. 23 suos. 24 per actam ad muros testudinem adscendere coepit. 25 machinis bellicis. 26 hostem coepit. 27 ante murum. 28 vigilare, castra habere. 29 *schimpffen auff die Römer*. 30 ignauiam, temeritatem, stultitiam. 31 & ferociam animi ostendebant in successu felici rerum suarum. 32 Romanis. 33 castellanis. 34 pro vita sua. 35 coeperunt. 36 qui processerant, ut viderent, quidnam adesset. 37 coeperunt. 38 aufugerunt. 39 hostibus coeperunt. 40 profigere hostem.

plerosque tantummodo fauciare, dein super occisorum corpora vadere, auidi gloriæ certantes murum petere 41; neque quemquam omnium præda morari 42. Sic forte 43 correcta 44 7 Marii temeritas gloriam exculpa 45 inuenit.

41 ad murum currere. 42 neque præda retinebat quemquam ab hoste insequendo. 43 casu fortuito. 44 emendata fuit. 45 imprudentia & temerario consilio.

CAPVT XCI.

**C**Aeterum, dum ea res geritur, L. Sulla, quæstor, cum magno equitatu in castra venit, quod 1, ut ex Latio, & a sociis cogeret 2, Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti viri res 3 2 admonuit, idoneum visum est, de natura 4 cultuque 5 eius paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullæ rebus dicturi sumus: & L. Sisenna optime & diligentissime omnium, qui ea res dixere 6, persecutus 7, parum mihi libero ore locutus videtur 8. Igitur Sulla gentis patriciæ 9 3 nobilis fuit, familia 10 prope iam extincta maiorum igauia 11, litteris Græcis atque Latinis iuxta 12, atque doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: otio luxurioso esse 13: tamen ab negotiis numquam

1 Quoniam Sulla. 2 colligeret equitatum. 3 occasio. 4 ingenio. 5 ac moribus. 6 qui scripserunt de rebus Sullæ. 7 narrans. 8 non videtur omnia dixisse ea qua decuit libertate. 9 ex gente patricia Romæ ortus. 10 eius fuit. 11 propter iguauiam. 12 pariter. 13 in otio erat luxuriosus.

quam voluptas remorata <sup>14</sup>, nisi quod de vxore potuit honestius consuli <sup>15</sup>: facundus, callidus, & amicitia <sup>16</sup> facilis: ad sumulanda negotia altitudo <sup>17</sup> ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxume pecuniae largitor: atque illi <sup>18</sup>, felicifumo omnium ante ciuilem victoriam <sup>19</sup>, nunquam super industriam fortuna fuit <sup>20</sup>: multique dubitauere, fortior, an felicior esset <sup>21</sup>. Nam, postea quae fecerit <sup>22</sup>, incertum habeo <sup>23</sup>, pudeat magis, an pigeat differere <sup>24</sup>.

<sup>14</sup> fuit ipsum. <sup>15</sup> honestiorem vxorem potuisset sibi iungere. <sup>16</sup> in. <sup>17</sup> prudentia. <sup>18</sup> Sullae. <sup>19</sup> antequam in bello ciuili contra Marium victor esset. <sup>20</sup> fortunam habuit in potestate. <sup>21</sup> Sulla. <sup>22</sup> in bello ciuili. <sup>23</sup> non satis scio. <sup>24</sup> enarrare.

## CAPVT XCII.

**I**gitur Sulla, vti supra dictum est, postquam in Africam, atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis<sup>1</sup> antea & ignarus belli, sollertissimus omnium in paucis tempestatibus <sup>2</sup> factus est. Ad hoc milites benigne appellare <sup>3</sup>: multis rogantibus, aliis per se <sup>4</sup> ipse dare: beneficia inuitus accipere <sup>5</sup>, sed ea properantius <sup>6</sup>, quam aes mutuum <sup>7</sup> reddere, ipse ab nullo repetere <sup>8</sup>: magis id <sup>9</sup> laborare, vt illi <sup>10</sup> quam plurimi debe-

<sup>1</sup> Inexpertus. <sup>2</sup> breui tempore. <sup>3</sup> adloqui solebat. <sup>4</sup> sponte sua. <sup>5</sup> ab aliis. <sup>6</sup> celerius. <sup>7</sup> pecuniam mutuo sumtam. <sup>8</sup> beneficium aut pecuniam. <sup>9</sup> in id. <sup>10</sup> vt sibi quam plurimi essent obstricti.

berent: ioca atque seria cum humillimis <sup>11</sup> age-  
 re. In operibus <sup>12</sup>, in agmine, atque ad vigiliis <sup>3</sup>  
 multus <sup>13</sup> adesse: neque interim, quod ambitio  
 prava solet <sup>14</sup>, consulis <sup>15</sup>, aut cuiusquam boni  
 famam laedere <sup>16</sup>: tantummodo neque consilio  
 neque manu priorem <sup>17</sup> alium pati: plerosque  
 antevenire. Quibus rebus & artibus <sup>18</sup> breui <sup>19</sup> <sup>4</sup>  
 Mario militibusque carissimus factus <sup>20</sup>.

<sup>11</sup> etiam cum vilissimis hominibus. <sup>12</sup> machinis, mu-  
 nitionibus. <sup>13</sup> frequenter. <sup>14</sup> facere. <sup>15</sup> Marii. <sup>16</sup> per  
 criminationes aut maledicta. <sup>17</sup> excellentiorem se. <sup>18</sup>  
 virtutibus. <sup>19</sup> tempore. <sup>20</sup> fuit.

## CAPVT XCVII.

**A**T Iugurtha postquam oppidum Capsam, ali- <sup>1</sup>  
 osque locos munitos, & sibi utiles, simul &  
 magnam pecuniam amiserat; ad Bocchum nun-  
 cios mittit; quam primum in Numidiam co-  
 pias adduceret: praelii faciendi tempus adesse <sup>1</sup>.  
 Quem <sup>2</sup> ubi cunctari accepit <sup>3</sup>, dubium belli at- <sup>2</sup>  
 que pacis rationes trahere <sup>4</sup>: rursus, ut antea,  
 proximos eius donis corrumpit: ipsique Mau-  
 ro <sup>6</sup> pollicetur Numidiae tertiam partem, si aut  
 Romani Africa <sup>7</sup> expulsi, aut integris suis fini-  
 bus <sup>8</sup>, bellum compositum foret. Eo praemio <sup>3</sup>  
 illectus Bocchus cum magna multitudine Iugur-  
 tham

<sup>1</sup> iam adesse illud tempus, quo praelium facere oppor-  
 tunum possent cum Romanis. <sup>2</sup> Bocchum. <sup>3</sup> audit Iu-  
 gurtha. <sup>4</sup> eumque dubium adhuc esse, num bellum inci-  
 peret, an vero pacem faceret servaretque. <sup>5</sup> Bocchi. <sup>6</sup>  
 Boccho. <sup>7</sup> ex. <sup>8</sup> salvis imperii sui finibus.

tham accedit. Ita, amborum 9 exercitu coniuncto, Marium iam in hiberna proficiscentem, vix decima parte die reliqua<sup>10</sup> inuadunt<sup>11</sup>, rati noctem, quae iam aderat, victis sibi munimento fore<sup>12</sup>, & si vicissent, nullo impedimento<sup>13</sup>, quia locorum scientes<sup>14</sup> erant: contra Romanis vtrumque casum<sup>15</sup> in tenebris difficilior<sup>4</sup> rem fore. Igitur, simul<sup>16</sup> consul<sup>17</sup> ex multis<sup>18</sup> de hostium adventu cognouit, & ipsi hostes aderant: & prius quam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere<sup>19</sup>, denique, ante quam signum<sup>20</sup>, aut imperium<sup>21</sup> vllum accipere quiuisset, equites Mauri atque Gaetuli, non acie<sup>22</sup>, neque vlllo more praelii, sed cateruatim, vti quoque fors conglobauerat<sup>23</sup>, in nostros incurrunt. Qui omnes trepidi improviso metu, attamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientes alios<sup>24</sup> ab<sup>25</sup> hostibus defensabant: pars equos adscendere, obviam hostibus ire pugna latrocinio magis, quam praelio similis fieri<sup>26</sup>, sine signis, sine ordinibus, equites pedites permixti, caedere alios, alios

9 Bocchi & Iugurthae. 10 cum vix decima pars diei adhuc reliqua esset. 11 adgrediuntur. 12 si vincerentur a Romanis, fore, vt per tenebras noctis tuti esse possent. 13 noctem sibi nullum impedimentum adferre posse. 14 periti. 15 siue vincerent, siue vincerentur. 16 simul ac. 17 Marius. 18 nuntiis. 19 die *Bägage einpacken*. 20 die *Losung*. 21 Ordre. 22 iusta. 23 vti casus fortuitus quemlibet cum aliis consociauerat. 24 aut alios, qui capiebant arma. 25 contra. 26 coepit.

os obruncare: multos contra aduersos <sup>27</sup> acerrime pugnantes ab tergo circumuenire <sup>28</sup>: neque virtus, neque arma satis tegere <sup>29</sup>; quod <sup>30</sup> hostes numero plures, & vndique circumfusi erant: denique Romani veteres, novique, & ob ea scientes belli, si quos locus aut casus coniunxerat, orbis facere <sup>31</sup>: atque ita ab omnibus partibus simul tecti, & instructi hostium vim sustentabant.

<sup>27</sup> entgegen stehenden Feinde. <sup>28</sup> circumdare coeperunt. <sup>29</sup> poterant. <sup>30</sup> quoniam. <sup>31</sup> in globum coire, & terga sibi inuicem, hostibus autem ora obuertere.

CAPVT XCVIII.

**N**Eque in eo tamque aspero negotio Marius <sup>1</sup> territus: aut magis, quam antea demisso animo <sup>2</sup> fuit; sed cum turma sua, quam ex fortissimis magis, quam familiarissimis parauerat, vagari passim <sup>3</sup>: ac modo laborantibus <sup>3</sup> suis succurrere, modo hostes, vbi confertissimi <sup>4</sup> obstiterant, invadere manu <sup>5</sup>: consulere militibus, quoniam imperitare conturbatis omnibus non poterat. Iamque dies consumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere <sup>6</sup>; atque, vti reges praeceperant, noctem pro se <sup>7</sup> rati, acrius instare <sup>8</sup>. Tum Marius ex copia rerum <sup>9</sup> consilium trahit:

<sup>1</sup> Territo animo fuit. <sup>2</sup> coepit. <sup>3</sup> in periculo constitutis. <sup>4</sup> densissimi. <sup>5</sup> cum turma sua. <sup>6</sup> in praelio velent. <sup>7</sup> sibi vtilem fore. <sup>8</sup> premere Romanos coeperunt. <sup>9</sup> pro statu rerum.

L

hic<sup>10</sup>: atque, vti suis receptui locus esset<sup>11</sup>, col-  
 les duos propinquos inter se occupat; quorum  
 in vno castris parum amplo<sup>12</sup>, fons aquae ma-  
 gnus erat: alter vsui opportunus<sup>13</sup>, qui magna  
 parte editus<sup>14</sup>, & praeceps<sup>15</sup>, pauca munimenta  
 4 quaerebat<sup>16</sup>. Caeterum apud aquam<sup>17</sup> Sullam  
 cum equitibus noctem agitare<sup>18</sup> iubet. Ipse  
 milites dispersos paulatim, neque minus ho-  
 stibus conturbatis, in vnum<sup>19</sup> contrahit: dein  
 5 cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita  
 reges, loci difficultate coacti, praelio<sup>20</sup> deterren-  
 tur: neque tamen suos longius abire sinunt, sed,  
 vtroque colle multitudine<sup>21</sup> circumdato, effusi  
 6 confedere<sup>22</sup>. Dein, crebris ignibus factis, ple-  
 rumque noctis<sup>23</sup> barbari more suo laetari<sup>24</sup>, ex-  
 sultare, strepere vocibus: & ipsi duces feroces<sup>25</sup>,  
 quod non fugere, ac pro victoribus agere<sup>26</sup>.  
 7 Sed ea cuncta Romanis ex tenebris<sup>27</sup>, & editio-  
 ribus locis facilia<sup>28</sup> visu, magnoque hortamento  
 erant.

CA.

10 capit. 11 vt sui haberent aliquem locum, in quem  
 possent sese recipere. 12 qui non satis magnus erat ad ca-  
 stra facienda. 13 alter collis magis erat idoneus ad castra  
 & belli utilitatem. 14 altus. 15 ineb. 16 requirebat.  
 17 fontem illum. 18 vigilare, stationes habere. 19 loc-  
 cum. 20 a continuando praelio. 21 per multitudinem  
 suorum militum. 22 maxima castra fecerunt. 23 per plu-  
 rimum noctis partem. 24 coeperunt. 25 erant. 26 quod  
 videri volebant, non fugere, sed victoriam reportasse. 27  
 noctu. 28 erant.

CAPVT XCIX.

Plurimum <sup>1</sup> vero Marius imperitia <sup>2</sup> hosti-  
um confirmatus <sup>3</sup>, quam maximum silen-  
tium haberi iubet: ne signa quidem, vti per vi-  
gilias solebant <sup>4</sup>, canere <sup>5</sup>: dein, vbi lux aduen-  
tabat <sup>6</sup>, defessis jam hostibus, ac paullo ante <sup>7</sup>  
somno captis <sup>8</sup>, de improviso vestigales <sup>9</sup>, item  
cohortium, turmarum, legionum, tubicines simul  
omnes signa canere <sup>10</sup>, milites clamorem tollere,  
atque portis <sup>11</sup> erumpere. Mauri, atque Gaetuli <sup>2</sup>  
ignoto atque horribili sonitu repente exciti <sup>12</sup> ne-  
que fugere, neque arma capere, neque omnino  
facere, aut providere quidquam poterant. Ita <sup>3</sup>  
cunctos strepitu, clamore, nullo subueniente <sup>13</sup>,  
nostris instantibus <sup>14</sup> tumultu, terrore, formidi-  
ne, quasi vecordia ceperat <sup>15</sup>: denique omnes <sup>16</sup>  
fusi fugatique <sup>17</sup>: arma & signa militaria plera-  
que capta <sup>18</sup>: pluresque <sup>19</sup> eo praelio, quam o-  
mnibus superioribus interemti <sup>20</sup>. Nam somno  
& metu insolito impedita <sup>21</sup> fuga.

L 2

CA-

<sup>1</sup> Vehementer. <sup>2</sup> per imperitiam. <sup>3</sup> in spem victo-  
riae affectus. <sup>4</sup> alia signa canere. <sup>5</sup> debuerunt. <sup>6</sup> For-  
to die. <sup>7</sup> ante ortam lucem diei. <sup>8</sup> occupatis. <sup>9</sup> quid  
hoc loco vestigales sibi velint, facere me ignorare. <sup>10</sup> ius-  
sit Marius. <sup>11</sup> ex portis castrorum. <sup>12</sup> excitati ex somno.  
<sup>13</sup> dum nemo veniebat in auxilium. <sup>14</sup> dum nostri Roma-  
ni acriter premebant hostem. <sup>15</sup> occupaverat animas ho-  
stium. <sup>16</sup> hostes. <sup>17</sup> sunt. <sup>18</sup> fuerunt. <sup>19</sup> hostes.  
<sup>20</sup> fuerunt. <sup>21</sup> fuit.

## CAPVT C.

1 **D**Ein Marius, vti coeperat, in hiberna profici-  
 scitur, quae propter commeatum <sup>1</sup> in op-  
 pidis maritimis agere decreuerat, neque tamen  
 victoria <sup>2</sup> focors <sup>3</sup> aut insolens <sup>4</sup> factus: sed  
 pariter <sup>5</sup>, atque in conspectu hostium, qua-  
 2 drato <sup>6</sup> agmine incedere. Sulla cum equitatu  
 apud dextimos <sup>7</sup>, in sinistra parte A. Manlius  
 cum funditoribus & sagittariis, praeterea cohortes  
 Ligurum curabat <sup>8</sup>: primos <sup>9</sup>, & extre-  
 mos <sup>10</sup> cum expeditis manipulis <sup>11</sup> tribunos <sup>12</sup>  
 3 locauerat <sup>13</sup>. Perfugae, regionum scientis-  
 sumi, hostium iter explorabant. Simul consul  
 14, quasi nullo imposito <sup>15</sup>, omnia provide-  
 re: apud omnes adesse, laudare, increpare  
 4 merentes <sup>16</sup>. Ipse armatus intentusque <sup>17</sup> item  
 milites cogeat: neque secus, atque iter face-  
 ret <sup>18</sup>, castra munire <sup>19</sup>, excubitum <sup>20</sup> in  
 portis <sup>21</sup> cohortes ex legionibus, pro <sup>22</sup> castris  
 equi.

1 *VVegeu der Zufuhre des Proviants.* 2 ob hanc vi-  
 ctoriam. 3 ignaues. 4 superbus factus est. 5 non ali-  
 ter. 6 mit geschlossnen Trouppen. 7 apud eos, qui in dex-  
 tro latere incedebant. 8 commandirete. 9 in ordinibus  
 primis. 10 in ordinibus postremis. 11 Rotten. 12 die  
 Obristen. 13 Marius. 14 Marius. 15 haec voces, quas ita  
 in plerisque editionibus inuenio plane nullum heic loci sen-  
 sum faciunt; quod minor ab interpretibus non fuisse anim-  
 aduersam. Si tamen legas: *quasi meta imposito*: emerget  
 aliquis sensus, & non ineptus, quod arbitramur. 16 eos,  
 qui aut laudem aut increpationem merebantur. 17 paratus  
 ad pugnam. 18 quam si faceret iter aduersus hostem. 19  
 coepit. 20 ad excubandum. 21 castrorum. 22 ante  
 castra.

equites auxiliares mittere : praeterea alius super vallum in munimentis locare, vigilias ipse circuire <sup>23</sup>, non tam diffidentia futuri, quae imperauisset <sup>24</sup>, quam vti militibus exaequatus cum imperator labos volentibus <sup>25</sup> esset. Et sane Marius illoque <sup>26</sup> aliisque temporibus Iugurthini belli, pudore magis, quam malo <sup>27</sup>, exercitum coercebat : quod <sup>28</sup> multi per ambitionem fieri agebant : pars <sup>29</sup> a pueritia consuetam duritiam, & alia, quae caeteri miserias vocant, voluptati habuisset. Nisi tamen resp. pariter, ac facissimum imperio, bene atque decore gesta <sup>30</sup>.

<sup>23</sup> die Ronde geben. <sup>24</sup> etiam hic locus mancus est. Nam etsi sunt, qui legi velint: futurorum: tamen lectio talis foret contra laetinitatem & sensum; quippe quid est: diffidentia futurorum quae imperauisset? quo modo enim futura iam imperata esse possunt? sed si legas: fore ea, hic sensus emerget, non ideo, quasi crederet Marius, ea non fore, quae ipse militibus imperauisset. <sup>25</sup> quam ideo, vt persuaderentur milites, laborem exaequatum militibus cum Imperatore magis voluptati quam oneri fore. <sup>26</sup> tempore. <sup>27</sup> poenis. <sup>28</sup> id quod. <sup>29</sup> pars dicebant, quod Marius. <sup>30</sup> respublica tamen bene atque cum honore administrata est hac ratione a Mario, & tam bene quidem, ac si facissimum imperium in milites exercuisset.

CAPVT CI.

**I**gitur quarto denique die haud longe ab oppido Circa simul vndique speculatores <sup>1</sup> citi <sup>2</sup> se

L 3

osten-

x Spione, Kundschafter. 2 celeriter.

2 ostendunt : quae re hostis adesse intelligitur. Sed quia diuersi redeunt 3, alius ab alia parte, atque omnes idem 4 significabant : consul incertus, quoniam modo aciem instrueret, nullo ordine 5 commutato aduersum omnia paratus ibidem operitur 6. Igitur Iugurtham spes frustrata 7, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omnibus aequè aliquos ab tergo hostibus venturos 8. Interim Sulla, quem primum hostes attingerant, cohortatus suos, turmatim 9, & quam maxime confertis 10 equis, ipseque aliique 11 Mauros inuadunt: caeteri in loco manentes ab iaculis eminus emissis corpora tegere 12, & si qui 5 in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites praeliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat, neque 13 in priore pugna in itinere morati 14, adfuerant, potestatem Romanorum aciem inuadunt. Tum Marius apud primos agebat 15, quod 16 ibi Iugurtha cum plurimis 17 erat. Dein Numida 18 cognito Bocchi aduentu, clam cum paucis ad pedites conuertit 19: ibi Latine (nam apud Numantiam loqui 20 didicerat) exclamat, nostros frustra pugnare: paullo ante Marius sua manu interfectum 21: simul gladium sanguine oblitum

3 ex diuersis locis redibant. 4 aduentum praesentiamque hostium. 5 militum. 6 expectat. 7 fuit, decepit. 8 esse. 9 *Trouppweise*. 10 condensatis. 11 simul etiam alii Romani. 12 coeperunt. 13 & qui non adfuerant. 14 tum retardati fuerant in itinere. 15 curabat, *commandire*. 16 quoniam. 17 militibus suis. 18 Iugurtha. 19 sese. 20 loqui. 21 fuisse.

tum<sup>22</sup> ostendere<sup>23</sup>, quem in pugna, satis impigre occiso pedite nostro, cruentauerat. Quod<sup>7</sup> ubi milites<sup>24</sup> accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuncii<sup>25</sup>, terrentur: simulque barbari<sup>26</sup> animos tollere<sup>27</sup>, & in perculosos<sup>28</sup> Romanos acrius incedere. Iamque paulatim a fuga<sup>8</sup> aberat<sup>29</sup>, cum Sulla, profligatis iis, quos aduersum<sup>30</sup> ierat, rediens ac latere Mauros incurrit. Bocchus statim auertitur<sup>31</sup>. At Iugurtha, dum<sup>9</sup> sustentare suos, & prope iam adeptam<sup>32</sup> victoriam retinere, cupit, circumuentus ab equitibus dextra sinistra<sup>33</sup>, omnibus occisis, solus inter tela hostium<sup>34</sup> vitabundus<sup>35</sup> erumpit<sup>36</sup>. Atque<sup>10</sup> interim Marius, fugatis equitibus, occurrit auxilio suis, quos pelli<sup>37</sup> iam acceperat. Denique hostes iam vndique fusi<sup>38</sup>. Tum spectaculum<sup>11</sup> horribile<sup>39</sup> in campis patentibus: sequi, fugere, occidi, capi; equi, atque viri afflicti<sup>40</sup>: ac multi vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti<sup>41</sup> modo, ac statim concidere; postremo omnia, qua visus erat<sup>42</sup>, constrata telis, armis, cadaueribus, & inter ea humus infecta<sup>43</sup> sanguine.

L 4

CA-

22 cruentatum. 23 coepit. 24 nostri. 25 quam quod nuntio huic fidem haberent. 26 hostes. 27 coeperunt. 28 territos. 29 parum aberat quin fugerent Romani. 30 aduersus quos. 31 datur in fugam. 32 impetratam. 33 a dextra & sinistra manu. 34 Romanorum. 35 vt vitare proferat mortem. 36 in fugam. 37 pulsari. 38 fuerunt. 39 terribile. 40 vulnerati. 41 sich in die Höhe richten. 42 so weit man sehen konnte. 43 commaculata fuerunt.

## CAPVT CII.

<sup>1</sup> **P**ostea loci <sup>2</sup> consul, haud dubie iam victor,  
 peruenit in oppidum Cirram, quo initio pro-  
<sup>2</sup> fectus intenderat <sup>3</sup>. Eo <sup>3</sup> post diem quintum,  
 quam iterum barbari male pugnaverant, legati a  
 Boccho veniunt: qui regis vrbis <sup>4</sup> a Mario pe-  
 tiuere, duos quam fidissimos ad eum <sup>5</sup> mitteret;  
 velle de suo & de populi R. commodo cum iis  
<sup>3</sup> differere <sup>6</sup>. Ille statim L. Sullam, & A. Man-  
 lium ire iubet <sup>7</sup>, qui quamquam acciti ibant <sup>8</sup>,  
 tamen placuit verba apud regem facere <sup>9</sup>: inge-  
 nium aut auorsum <sup>10</sup> vti flecterent <sup>11</sup>, aut cupi-  
<sup>4</sup> dum pacis vehementius accenderent <sup>12</sup>. Itaque  
 Sulla, cuius facundiae, non aetati, a Manlio con-  
 cessum <sup>13</sup> pauca verba huiusmodi locutus <sup>14</sup>:

<sup>5</sup> *Rex Bocche, magna laetitia nobis est, cum te,  
 salem <sup>15</sup> virum, dii monuere, vt aliquando pacem,  
 quam bellum, malle; neu te optimum cum pessu-  
 mo*

<sup>1</sup> Loci superfluum est, ad eam rationem, vti dicere sole-  
 mus: *postea gentium*. <sup>2</sup> quo voluerat peruenire, cum pro-  
 ficisci coepisset. <sup>3</sup> ad illud oppidum. <sup>4</sup> nomine. <sup>5</sup>  
 Bocchum. <sup>6</sup> agere, colloqui. <sup>7</sup> ad Bocchum. <sup>8</sup> qui  
 quamquam ibant ad Bocchum vocati ab eo, & audituri eius  
 sermonem. <sup>9</sup> tamen placuit, ut ipsi prius facerent verba  
 apud regem. <sup>10</sup> vt mentem Bocchi auersam a Romanis.  
<sup>11</sup> ad partes Romanorum. <sup>12</sup> hortarentur. <sup>13</sup> cuius fa-  
 cundiae, non autem aetati seniori, Manlius concedebat,  
 quippe qui anteibat Sullam aetate. <sup>14</sup> c. <sup>15</sup> tam egre-  
 gium.

mo omnium Iugurtha miscendo commaculares<sup>16</sup>; simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te ev-  
 zantem<sup>17</sup> & illum sceleratissimum persequi. Ad hoc, **6**  
 populo R. iam a principio inopi<sup>18</sup>, melius visum<sup>19</sup>  
 amicos, quam servos, quaerere: tutiusque rati<sup>20</sup>, vo-  
 lentibus, quam coactis imperitare<sup>21</sup>. Tibi vero nulla **7**  
 opportunior amicitia nostra<sup>22</sup>, primum quod procul  
 absumus<sup>23</sup>; in quo offensae minimum<sup>24</sup>, gratia par<sup>25</sup>,  
 ac si prope adessemus: dein, quod parentes<sup>26</sup> abunde  
 habemus, amicorum neque nobis, neque cuiquam o-  
 mnium<sup>27</sup> satis fuit. Atque hoc utinam a principio **8**  
 tibi placuisset: profecto ex<sup>28</sup> Populo Romano ad hoc  
 tempus<sup>29</sup> multo plura bona accepisses, quam mala per-  
 pessus esses. Sed quoniam humanarum rerum fortuna **9**  
 pleraque<sup>30</sup> regit, cui<sup>31</sup> scilicet placuit, & vim & gra-  
 tiam nostram experiri: nunc, quando per illam li-  
 cet<sup>32</sup>, festina, atque, uti coepisti, perge. Multa **10**  
 atque opportuna habes, quo<sup>33</sup> facilius errata offi-  
 cii superes. Postremo hoc in pectus tuum demit-  
 te,

L 5

te,

16 atque ne te commaculares, dum te immisces rebus Iu-  
 gurthae. 17 qui in errore versaris. 18 cum populus Ro-  
 manus nondum potens esset. 19 fuit. 20 & arbitrati  
 sunt tutius fore. 21 si Romani imperarent his, qui sponte  
 sua facerent imperata, sine coactione. 22 nullius amicitia  
 tibi utilior & commodior est, quam nostra Romanorum  
 amicitia. 23 a regno tuo. 24 minima occasio nocendi.  
 25 eadem, idem fauor. 26 subditos. 27 hominum. 28  
 a. 29 usque. 30 pleraque negotia hominum. 31 for-  
 tunae. 32 quoniam fortuna id concedit. 33 ut eo facilius  
 emendare possis errorem tuum per officia nobis praestanda.

- te 34, nunquam populum Rom. beneficiis victum esse Nam bello quid valet 35, tute scis 36.
- 12 Ad ea Bocchus, placide & benignae simul, pauca pro delicto suo verba facit: Se non hostili animo, sed ob regnum tutandum 37 arma cepisse.
- 13 Nam Numidiae partem 38, vnde Iugurtham expulerit, iure belli suam factam 39: eam vastari a Mario, pati nequiuisse: praeterea, missis antea
- 14 Romam legatis, repulsum 40 ab amicitia. Ceterum vetera omittere 41, ac tum 42, si per Marium liceret, legatos ad senatum missurum 43.
- 15 Dein, copia facta 44, animus barbari 45 ab amicis flexus 46, quos Iugurtha, cognita legatione Sullae & Manlii, metuens id quod parabatur, donis corruerat.

34 id oportet vt cogites. 35 populus Rom. 36 tibi ipsum et satis notum est. 37 defendendum. 38 illam. 39 venisse sub suam potestatem. 40 se fuisse. 41 nolle se commemorare. 42 atque adhuc dum. 43 se esse. 44 cum permissum esset Boccho, legatos mittere. 45 Bocchi regis. 46 a favore, quem haecenus erga Romanos ostendebat.

## CAPVT CIII.

- 1 **M**Arius interea, exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiscitur in loco sola 1, obiectum 2 turrim regiam, quo Iugurtha perfugas omnes 3 praesidium 4 imposuerat. Tum rursus Bocchus,

1 Solitaria, vasta, deserta. 2 vt obsideret. 3 in quam cursum. 4 tanquam milites praesidiarios.

clus, seu reputando 3, quae sibi duobus praeliis  
 euenerant 6, seu admonitus ab aliis amicis quos  
 incorruptos 7 Iugurtha reliquerat, ex omni copia  
 necessariorum 8 quique delegit, quorum & fides  
 cognita, & ingenia validissima 9 erant. Eos ad 3  
 Marium, ac dein, si placeat Romam legatos ire  
 iubet: agendarum rerum, & quocumque modo  
 belli componendi licentiam ipsis permittit 10. Il- 4  
 li 11 mature ad hiberna Romanorum proficiscun-  
 tur: dein a Gaerulis latronibus in itinere circum-  
 venti spoliatique, pauidi sine decore ad Sullam  
 profugiunt; quem consul 12, in expeditionem 13  
 proficiscens, pro praetore 14 reliquerat. Eos ille 5  
 non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed ac-  
 curate 15 & liberaliter habuit 16. Qua re barbari  
 & famam Romanorum auaritiae falsam 17, &  
 Sullam ob munificentiam in sese amicum 18 rati  
 19. Nam etiam tum 20 largitio multis ignota e- 6  
 rat: munificus 21 nemo putabatur, nisi pariter vo-  
 lens 22: dona omnia in benignitate habeban-  
 tur.

L 6

tur.

5 dum vel expendebat secum. 6 acciderant. 7 non-  
 dum corruptos per pecuniam. 8. ex omni numero ami-  
 corum suorum. 9 prudentissima. 10 & permittit his le-  
 gatis libertatem, tum agendi de rebus suis, tum bellum com-  
 ponendi per pacis conditiones, quocumque modo id fieri  
 possit. 11 legati. 12 Marius. 13 in bellum. 14 loco  
 praetoris. 15 cum cura singulari. 16 tractante. 17 esse.  
 18 sibi amicum & fauentem esse. 19 persuasi sunt. 20  
 illo tempore. 21 liberalis. 22 beneuolus & fauens.

7 tur. Igitur quaestori <sup>23</sup> mandata <sup>24</sup> Bocchi patefaciunt: simul ab eo petunt, vti fautor <sup>25</sup> consultorque sibi <sup>26</sup> adsit: copias <sup>27</sup>, fidem, magnitudinem regis sui, & alio, quae aut vtilia, aut benevolentia <sup>28</sup> esse credebant, oratione extollunt: dein, Sulla omnia pollicito, docti <sup>29</sup>, quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent <sup>30</sup>, circiter dies XL. ibidem opperiantur <sup>31</sup>.

<sup>23</sup> Sullae. <sup>24</sup> die Commission. <sup>25</sup> Sulla. <sup>26</sup> legatis. <sup>27</sup> potentiam, exercitum. <sup>28</sup> gratâ Romanis. <sup>29</sup> cum edocti & instructi essent. <sup>30</sup> facere deberent expectant.

## CAPVT CIV.

**M**Arius postquam infecto negotio <sup>1</sup>, quo intenderat, Circam redit, de aduentu legatorum certior factus, illosque & Sullam venire <sup>2</sup> iubet, itemque L. Bellienum praetorem Utica <sup>3</sup>, praeterea omnes vndique senatorii ordinis: quibuscum mandata Bocchi cognoscit <sup>4</sup>, in quibus <sup>5</sup>, legatis potestas eundi Romam fit <sup>6</sup>, ab consule interea induciae <sup>7</sup> postulabantur. <sup>8</sup> Ea <sup>8</sup> Sullae & plerisque placere: pauci ferocius decernunt <sup>9</sup>, scilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae <sup>10</sup> & mobiles semper in adversa <sup>11</sup> mutantur. Caeterum Mauri <sup>12</sup>, imp-

<sup>1</sup> Confesto negotio suo. <sup>2</sup> ad se. <sup>3</sup> ex vrbe Utica. <sup>4</sup> considerat, expendit, examinat. <sup>5</sup> in quibus mandatis hoc praecipue erat. <sup>6</sup> vt legati potestatem & libertatem habeant eundi Romam. <sup>7</sup> ein Stillstand der VVaffen. <sup>8</sup> mandata. <sup>9</sup> volunt inducias denegari. <sup>10</sup> mutabiles. <sup>11</sup> ad infelicitatem. <sup>12</sup> legati.

petratis omnibus, tres Romam profecti sunt cum Cn. Octavio Rufone, qui questor stipendium <sup>13</sup> in Africam portauerat: duo <sup>14</sup> ad regem redeunt. Ex his Bacchus cum caetera, tum maxime benignitatem & studium <sup>15</sup> Sullae accepit. Romae <sup>4</sup> que legatis eius <sup>16</sup>, postquam errasse regem & Iugurthae scelere lapsum <sup>17</sup>, deprecati sunt, amicitiam & foedus petentibus hoc modo responde-  
tur:

*S. P. Q. R. beneficii & iniuriae memor esse solet. Caeterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam <sup>18</sup> facit, foedus & amicitia dabuntur, cum meruerit.*

<sup>13</sup> die Kriegs-Cassa. <sup>14</sup> legati. <sup>15</sup> fauorem. <sup>16</sup> Bocchi. <sup>17</sup> fuisse per scelestam persuasionem Iugurthae. <sup>18</sup> veniam.

CAPVT CV.

Quibus rebus cognitis, Bocchus per litteras a <sup>1</sup> Mario petiuit, vti Sullam ad se mitteret; cuius arbitrato <sup>1</sup> communibus negotiis confuleretur. Is missus cum praesidio equitum atque <sup>2</sup> peditum, funditorum Balearium <sup>2</sup>: praeterea iere <sup>3</sup> sagittarii, & cohors Peligna <sup>4</sup> cum velitaribus <sup>5</sup> armis, itineris properandi causa: neque his <sup>6</sup> secus, atque aliis armis, aduersus tela hostium, quod <sup>7</sup> ea levia sunt, muniti. Sed in <sup>3</sup>

L 7 iti-

<sup>1</sup> Ex cuius arbitrio. <sup>2</sup> qui ex insulis Balearidibus maris Hispanici erant. <sup>3</sup> iuenerunt cum Sulla. <sup>4</sup> ex provincia Peligno. <sup>5</sup> leuibus. <sup>6</sup> armis. <sup>7</sup> quoniam.

itinere quinto denique die, Volux, filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus sese ostendit: qui temere <sup>8</sup> & effuse <sup>9</sup> euntes, Sullae aliisque omnibus & numerum ampliorem vero & <sup>10</sup> hostilem metum efficiebant. Igitur se quisque expedire <sup>11</sup>: arma, atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, sed spes amplior; quippe victoribus, & aduersum <sup>5</sup> eos, quos saepe vicerant <sup>12</sup>. Interim equites, exploratum praemissi, rem, vt erat, quietam <sup>13</sup> nunciabant.

<sup>8</sup> sine ordine. <sup>9</sup> caternatim. <sup>10</sup> sed simul etiam. <sup>11</sup> coepit, *fertig machen* ad praelium. <sup>12</sup> quippe cum victores essent Romani, & aduersus eos proficiscerentur, quos hactenus saepe vicerant. <sup>13</sup> esse, & nullum periculum timendum.

## CAPVT CVI.

<sup>1</sup> Volux adueniens quaestorem adpellat <sup>1</sup>: se a Patre Boccho obuiam illis, simul & praefidio missum <sup>2</sup>. Dein eum <sup>3</sup> & proximum diem <sup>2</sup> sine metu coniuncti eunt. Post vbi castra locata <sup>4</sup>, & diei vesper erat, repente Maurus, incerto vultu pauens, ad Sullam accurrit, dicitque, sibi ex speculatoribus cognitum <sup>6</sup>, Iugurtham haut procul abesse; simul, vti noctu clam <sup>3</sup> secum profugeret, rogat atque hortatur. Ille <sup>7</sup> animo feroci negat, se toties fufum Numidam pertimescere: virtuti <sup>8</sup> suorum fatis credere: etiam

---

<sup>1</sup> Adloquitur. <sup>2</sup> fuisse. <sup>3</sup> diem. <sup>4</sup> fuerunt. <sup>5</sup> duobus, tertio. <sup>6</sup> esse. <sup>7</sup> Sulla. <sup>8</sup> fortitudinali.

etiam si certa pestis adesset <sup>9</sup> mansurum potius  
<sup>10</sup>, quam <sup>11</sup> proditis <sup>12</sup> quos ducebat, turpi fuga  
 incertae <sup>13</sup>, ac forsitan post paullo morbo interi-  
 turae vitae parceret. Caeterum ab eodem <sup>14</sup> 4  
 monitus, vti noctu proficiscerentur, consilium  
 adprobat: ac statim milites coenatos <sup>15</sup> esse in ca-  
 stris, ignesque quam creberrimos fieri, dein pri-  
 ma vigilia silentio egredi iubet. Iamque no- 5  
 cturmo itinere fessis omnibus, Sulla pariter cum  
 ortu solis castra metabatur <sup>16</sup>: cum equites Mau-  
 ri nunciant, Iugurtham, circiter duum millium <sup>17</sup>  
 intervallo, ante eos confedisse. Quod postquam 6  
 auditum est, tum vero ingens metus nostros in-  
 vadit, credere se proditos <sup>18</sup> a Voluce & insidiis  
 circumventos <sup>19</sup>. Ac fuere <sup>20</sup>, qui dicerent, ma- 7  
 nu vindicandum <sup>21</sup>, neque apud illum <sup>22</sup> tantum  
 scelus inultum relinquendum <sup>23</sup>.

<sup>9</sup> atque etiam si certus interitus timendus esset. <sup>10</sup> se  
 apud suos. <sup>11</sup> quam vt. <sup>12</sup> illis. <sup>13</sup> vitae. <sup>14</sup> Volu-  
 ce. <sup>15</sup> postquam coenassent. <sup>16</sup> *seblug das Lager auf*.  
<sup>17</sup> passuum. <sup>18</sup> fuisse. <sup>19</sup> deceptos, insidias adductos.  
<sup>20</sup> aliqui. <sup>21</sup> vlciscendam esse hanc perfidiam. <sup>22</sup> Vo-  
 lucem. <sup>23</sup> esse.

CAPVT CVII.

**A**T Sulla quamquam eadem existumabat <sup>1</sup>,  
 tamen ab iniuria Maurum prohibet <sup>2</sup>: suos  
 hortatur, vti fortem animum gererent: saepe  
 ante

<sup>1</sup> Quamuis in eadem opinioae erat. <sup>2</sup> tamen impedit,  
 ne aliqua forte iniuria inferri posset Voluci.

ante paucis strenuis 3 aduersus multitudinem bene pugnatum 4: quanto sibi in praelio minus peperissent 5, tanto tutiores fore, nec decere quemquam, qui manus 6 armauerit, ab inermis pedibus auxilium petere, & in maximo omnium metu nudum & coecum 7 corpus ad 8 hostes vortere. Dein Volucem, quoniam hostilia faceret 9, Iouem maximum obtestatus 10, vti sceleris atque perfidiae Bocchi testis adesset, castris 11 abire iubet. Illi lacrumans orare 12, ne ea crederet: nihil dolo factum 13, ac magis calliditate Iugurthae: cui videlicet speculanti iter suum cognitum esset 14. Caeterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, & spes opesque 15 eius ex patre suo penderent 16; credere 17, illum 18 nihil palam ausurum, cum ipse filius testis adesset. Quare optimum factu videri 19, per media eius 20 castra palam transire; sese, vel praemissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum 21. Ea res vt in tali negotio, probata 22: ac statim profecti, quia de improviso accesserant,

---

32 paucis sed fortibus viris. 4 fuisse. 5 quo fortiores sese offensuri essent in praelio. 6 manum suam. 7 quasi. 8 aduersus. 9 quoniam Romanis incuteret metum hostilem. 10 vocans testem. 11 ex castris Romanorum. 12 coepit. 13 a se fuisse. 14 cui, quippe omnia speculanti & circumspicienti, notum factum esset iter Sullae. 15 potentia Iugurthae omnis. 16 dependireten. 17 se. 18 Iugurtham. 19 sibi. 20 Iugarthae. 21 esse. 22 fuit.

rant, dubio atque haesitante<sup>23</sup> Iugurtha, incolumes transeunt. Dein paucis diebus, quo ire<sup>7</sup> intenderant, peruentum est<sup>24</sup>.

<sup>23</sup> nesciente quid faceret. <sup>24</sup> peruenerunt Romani.

CAPVT CVIII.

**I**Bi cum Boccho Numida quidam, Aspar nomine, multum<sup>1</sup> & familiariter agebat, praemissus ab Iugurtha, postquam Sullam accitum<sup>2</sup> audierat, orator<sup>3</sup>, & subdole speculatum<sup>4</sup> Bocchi consilia: praeterea Dabar, Massugrae filius, ex gente Masinissae, caeterum materno genere impar; (nam pater eius ex concubina ortus erat.) Mauro<sup>5</sup>, ob ingenii multa<sup>6</sup> bona<sup>6</sup>, carus acceptusque: Quem Bocchus fidum esse Romanis multis antea tempestatibus<sup>7</sup> expertus, illico ad Sullam nunciatum<sup>8</sup> mittit: paratum<sup>9</sup> sese facere, quae populus Rom. vellet: colloquio diem, locum, tempus ipse<sup>10</sup> deligeret: consulta sese omnia cum illo integra habere<sup>11</sup>: neu Iugurthae legatum pertimesceret; quo res communis licentius<sup>12</sup> gereretur; nam ab insidiis eius aliter cauere nequiuisset. Sed ego comperior<sup>13</sup>, Bocchum magis<sup>3</sup> Punica<sup>14</sup> fide, quam ob ea, quae praedicabat, si-

<sup>1</sup> Saepius. <sup>2</sup> accersitum fuisse ad Bocchum. <sup>3</sup> qui orator erat. <sup>4</sup> vt subdole specularetur. <sup>5</sup> Boccho. <sup>6</sup> *Qualitatem*. <sup>7</sup> multis temporibus & occasionibus. <sup>8</sup> qui nuntiaret. <sup>9</sup> esse. <sup>10</sup> Sulla. <sup>11</sup> se adprobare velle ea omnia, quae cum illo deliberata forent. <sup>12</sup> eo maiori libertate. <sup>13</sup> certo scio. <sup>14</sup> inconstanti.

simul Romanos & Numidam <sup>15</sup> spe pacis attinuisse <sup>16</sup>: multumque cum animo suo voluere solitum <sup>17</sup>: Iugurtham Romanis, an illi <sup>18</sup> Sullam traderet: lubidinem <sup>19</sup> aduersum nos, metum pro nobis suasisse.

<sup>15</sup> Iugurtham. <sup>16</sup> detinuisse. <sup>17</sup> diuque secum deliberasset. <sup>18</sup> Iugurthae. <sup>19</sup> cupiditatem eius & animi inconstantiam dedisse hoc consilium Boccho contra nos; ex aduerso autem metum ab armis Romanorum dispulisse hoc consilium.

## CAPVT CIX.

- I**gitur Sulla respondit, pauca se coram Aspare locuturum <sup>1</sup>; cetera occulte, nullo <sup>2</sup>, aut quam paucissimis praesentibus: simul edocet, quae <sup>3</sup> sibi responderentur. Postquam sicuti voluerant, congressi <sup>3</sup>: dicit se missum <sup>4</sup> a consule venisse quaesitum <sup>5</sup> ab eo, pacem an bellum agiturus foret? Tum rex, vti praeceptum fuerat, post diem decimum redire iubet <sup>6</sup>, ac nihil etiam nunc decreuisse, sed illo die responsurum. Dein <sup>4</sup> ambo in castra sua digressi <sup>7</sup>. Sed vbi plerumque <sup>8</sup> noctis processit, Sulla a Boccho occulte accersitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes <sup>9</sup> adhibentur. Praeterea Dabar, internuncius <sup>10</sup>, sanctus <sup>11</sup> vir, ex sententia ambobus iurat: ac statim rex incipit.

CA-

<sup>1</sup> esse. <sup>2</sup> praesente. <sup>3</sup> sunt in colloquium. <sup>4</sup> fuisse. <sup>5</sup> vt interrogaret. <sup>6</sup> Sullam. <sup>7</sup> sunt. <sup>8</sup> pleraque pars. <sup>9</sup> *Dolmetscher*, quia Romani Maurorum & Mauri Romanorum linguam ignorabant. <sup>10</sup> interpres, *Vnterhändler*. <sup>11</sup> integer atque incorruptus.

## CAPVT CX.

**N**Unquam ego ratus sum fore, uti<sup>1</sup> rex maximus in  
 hac terra, & omnium, quos noui, opulentissimus,  
 priuato homini gratiam deberem. Et bercule, Sulla,  
 ante te cognitum<sup>2</sup>, multis orantibus aliis vltro egomes  
 opem tui, nullius<sup>3</sup> indigui. Id imminutum<sup>4</sup>, quod  
 caeteri dolere solent, ego laetor. Fuerit mihi pre-  
 tium<sup>5</sup>, eguisse aliquando tuae amicitiae; qua apud ani-  
 mum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet:  
 arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo lu-  
 bet, sume, viere: & quoad viues, nunquam tibi red-  
 ditam gratiam putaueris<sup>6</sup>: semper apud me integra<sup>7</sup>  
 erit: denique nihil me sciente frustra votes. Nam, ut  
 ego existumo, regem armis, quam munificentia, vinci,  
 minus flagitiosum<sup>8</sup>. Caeterum de rep. vestra, cuius  
 curator<sup>9</sup> huc missus es, paucis accipe. Bellum ego po-  
 pulo Rom. neque factum<sup>10</sup> umquam volui: fines meos  
 aduersum armatos armis ruitus sum. Id<sup>11</sup> omitto,  
 quando vobis ita placet: gerite, uti vultis, cum  
 Iugurtha bellum. Ego flumen Mulucham, quod<sup>12</sup>  
 inter me & Micipsam fuit, non egrediar, neque  
 id

1 Ut ago. 2 antequam ego te cognoscerem. 3 ope aut  
 auxilio. 4 hunc statum meum fuisse imminutum. 5 ma-  
 ximi ego aestimabo. 6 nunquam putare debes, quod ego  
 tibi reddiderim gratiarum satis. 7 in recenti memoria, &  
 quasi nondum praestita gratia. 8 non adeo flagitiosum ac  
 turpe est, si rex aliquis superatur per arma, quam per libera-  
 litatem. 9 de cuius cura. 10 facere. 11 hoc bellum.  
 12 quod flumen, tanquam limes regnorum.

*id* <sup>13</sup> intrare Iugurtham finam. Praeterea, si quid meque vobisque dignum petiueris, haud repulsus abibis <sup>14</sup>.

<sup>13</sup> flumen limitaneum. <sup>14</sup> ego id tibi non recusabo.

## CAPVT CXI.

**A**D ea <sup>1</sup> Sulla pro se breuiter & modice <sup>2</sup>; de pace & de communibus rebus multis <sup>3</sup> disseruit. Denique regi patefecit, quod polliceatur, senatum & populum Rom. quoniam armis amplius valuissent <sup>4</sup>, non in gratia habituros <sup>5</sup>: faciendum aliquid, quod illorum magis, quam sua, repulisse videretur <sup>6</sup>; id adeo in promptu esse <sup>7</sup>, quoniam copiam Iugurthae haberet <sup>8</sup>: quem si Romanis tradidisset, fore vt illi <sup>9</sup> plurimum deberetur: amicitiam, foedus, Numidiae partem, quam nunc peteret, tunc vltro aduenturam <sup>10</sup>. Rex primum negitare <sup>11</sup>: cognationem, affinitatem, praeterea foedus interuenisse <sup>12</sup>: ad hoc metuere <sup>13</sup>, ne fluxa fide vsus <sup>14</sup> popularium <sup>15</sup> animos auerteret, queis & Iugurtha <sup>3</sup> carus <sup>16</sup>, & Romani inuisi <sup>17</sup> essent. Denique  
saepi-

---

<sup>1</sup> Ad hanc orationem. <sup>2</sup> respondit. <sup>3</sup> verbis. <sup>4</sup> potentiores fuissent. <sup>5</sup> non accepturos id esse tanquam beneficium. <sup>6</sup> sed potius debere Bocchum aliquid facere, quod Romanis magis vtile foret, quam sibi. <sup>7</sup> facile fieri posse. <sup>8</sup> quoniam secum haberet Iugurtham. <sup>9</sup> Boccho, fore, vt Bocchus magnam gratiam initurus esset apud Romanos. <sup>10</sup> vltro oblatum tri. <sup>11</sup> saepius id negavit. <sup>12</sup> esse inter se ac Iugurtham. <sup>13</sup> se. <sup>14</sup> ne, si forte fidem non seruet. <sup>15</sup> subditorum. <sup>16</sup> esset. <sup>17</sup> exosi.

saepius fatigatus <sup>18</sup>, leniter <sup>19</sup>, & ex voluntate  
Sullae omnia se facturum <sup>20</sup> promittit. Caete- 4  
rum ad simulandam pacem, cuius Numida <sup>21</sup>,  
defessus bello, avidissimus quae vitia visa <sup>22</sup>,  
constituunt <sup>23</sup>. Ita, composito dolo, digrediuntur.

<sup>18</sup> oratus. <sup>19</sup> blandis verbis. <sup>20</sup> esse. <sup>21</sup> Iugurtha.  
<sup>22</sup> avidissimus eorum, quae sibi vitia viderentur. <sup>23</sup> omnia.

CAPVT CXII.

ET Rex <sup>1</sup> postero die Asparem, Iugurthae le- 1  
gatum, adpellat, dicitque, per Dabarem  
ex Sulla cognitum <sup>2</sup>, posse conditionibus <sup>3</sup> bel-  
lum componi: quamobrem regis sui sententiam  
exquireret. Ille laetus in castra Iugurthae profici- 2  
scitur. Dein ab illo cuncta edoctus, properato iti-  
nere, post diem octauum redit ad Bocchum, & ei  
nunciat: Iugurtham cupere omnia, quae impera-  
rentur, facere, sed Mario parum fidere <sup>4</sup>: saepe  
antea cum imperatoribus Romanis pacem con-  
uentam <sup>5</sup>, frustra fuisse. Caeterum Bocchus, si <sup>3</sup>  
ambobus <sup>6</sup> consultum <sup>7</sup>, & ratam <sup>8</sup> pacem vel-  
let, daret operam, vt vna <sup>9</sup> ab omnibus, quasi de  
pace, in colloquium veniretur <sup>10</sup>, ibique sibi Sul-  
lam

<sup>1</sup> Bocchus. <sup>2</sup> esse. <sup>3</sup> certis. <sup>4</sup> non satis habere fi-  
dem. <sup>5</sup> factam. <sup>6</sup> & Iugurthae & Boccho. <sup>7</sup> consulere  
vellet. <sup>8</sup> certam. <sup>9</sup> simul ab omnibus partibus. <sup>10</sup>  
conuentus fieret ad colloquium.

lam traderet <sup>11</sup>: cum talem virum in potestate habuisset, tum fore, vti iussu S. P. Q. R. <sup>12</sup> foedus fieret; neque hominem nobilem <sup>13</sup> non sua ignavia <sup>14</sup>, sed ob rempub. <sup>15</sup> in hostium potestate relictum iri. Haec Maurus secum ipse diu voluens <sup>16</sup>, tandem promissit.

<sup>11</sup> captiuum. <sup>12</sup> Senatus Populique Romani. <sup>13</sup> Sullam. <sup>14</sup> ob suam ignauiam. <sup>15</sup> sed ob curam reipublicae missum. <sup>16</sup> expendens.

## CAPVT CXIII.

- 1** Ceterum dolo, an vere cunctatus <sup>1</sup>, parum <sup>2</sup> comperimus: Sed plerumque regiae <sup>3</sup> voluntates vti vehementes, sic mobiles <sup>4</sup>, saepe ipsae sibi aduersae <sup>5</sup>. Postea tempore & loco constituto, in colloquium vti de pace veniretur <sup>6</sup>, Bocchus Sullam modo, modo Iugurthae legatum adpellare <sup>7</sup>, benigne habere <sup>8</sup>: idem ambobus polliceri. Illi <sup>9</sup> pariter laeti, ac spei bonae pleni esse <sup>10</sup>. Sed nocte ea, quae proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus <sup>11</sup> adhibitis <sup>12</sup> amicis, ac statim immutata voluntate, remotis caeteris dicitur secum ipse multum agita-  
uisse <sup>13</sup>, vultu, colore, ac motu corporis pariter at-  
que

<sup>1</sup> an vere ita fuerit cunctatus. <sup>2</sup> non satis. <sup>3</sup> regis huius. <sup>4</sup> inconstantes. <sup>5</sup> erant. <sup>6</sup> vt conuentus fieret ad colloquium de pace. <sup>7</sup> coepit. <sup>8</sup> tractare. <sup>9</sup> Sulla & Iugurtha. <sup>10</sup> coeperunt. <sup>11</sup> Bocchus. <sup>12</sup> in consilium. <sup>13</sup> deliberauisse.

que animo varius <sup>14</sup>: quae scil. tacente ipso, oc-  
 culta oris patefecisse <sup>15</sup>. Tamen postremo Sul- <sup>4</sup>  
 lam accersi <sup>16</sup> iubet; & ex illius sententia Numi-  
 dae <sup>17</sup> insidias tendit. Deinde, vbi dies adue- <sup>5</sup>  
 nit, & ei nunciatum est, Iugurtham haud procul  
 abesse; cum paucis amicis. & quaestore nostro <sup>18</sup>,  
 quasi obuius <sup>19</sup> honoris caussa procedit in tumu-  
 lum, facillimum visu insidiantibus <sup>20</sup>. Eodem <sup>21</sup> <sup>6</sup>  
 Numida <sup>22</sup> cum plerisque necessariis <sup>23</sup> suis iner-  
 mis, vti dictum erat, accedit: ac statim signo da-  
 to, vndique simul ex insidiis inuaditur. Caeteri <sup>7</sup>  
 obtruncati <sup>24</sup>: Iugurtha Sullae victus traditur,  
 & ab eo ad Marium deductus.

<sup>14</sup> diuersus, incertus, anxius. <sup>15</sup> & haec omnia in vul-  
 ru patefecisse ea, quae in animo agitare, licet nihil diceret.  
<sup>16</sup> ad se vocari. <sup>17</sup> Iugurthae. <sup>18</sup> Sulla. <sup>19</sup> obuiam  
 Iugurthae. <sup>20</sup> qui tumulus facile videri poterat ab insi-  
 diantibus. <sup>21</sup> ad eundem tumulum. <sup>22</sup> Iugurtha. <sup>23</sup>  
 amicis. <sup>24</sup> fuerunt.

CAPVT CXIV.

**P**ER <sup>1</sup> idem tempus aduersum Gallos ab duci- <sup>1</sup>  
 bus nostris Q. Scipione, & M. Manlio male  
 pugnatum <sup>2</sup>. Quo metu Italia omnis <sup>3</sup> contre- <sup>2</sup>  
 muerat <sup>4</sup>. Illique <sup>5</sup> & vsque nostram me-  
 moriam Romani sic habuere, alia omnia virtuti  
 suae <sup>6</sup> prona esse; cum Gallis pro salute, non  
 pro gloria certari. Sed postquam bellum in <sup>3</sup>  
 Nu-

<sup>1</sup> Circa. <sup>2</sup> fuit. <sup>3</sup> tota. <sup>4</sup> in terrorem coniecta  
 fuerat. <sup>5</sup> Q. Scipio & M. Manlius. <sup>6</sup> quod alia omnia  
 succumbereat fortitudini Maril.

Numidia confectum 7, & Iugurtham Romam  
vincum adduci nunciatum est; Marius consul  
absens factus est, & ei decreta 8 provincia Gallia:  
isque Kal. Ian. magna 9 gloria consul triumphavit. Ex ea tempestate 10 spes atque opes 11 ci-  
vitatatis in illo 12 sitae erant.

7 fuit. 8 tradita. 9 cum. 10 ex illo inde tempore,  
11 potentia. 12 in Mario solo positae erant.

C. SALLVSTII  
CRISPI  
HISTORIARVM  
FRAGMENTA.

LIB. I.

**R**es populi R. M. Lepido, Q. Catulo  
Coss. ac deinde militiae & domi ge-  
stas composui. *Donatus & Pomp.  
Meffalinus.*

Cum Romani generis disertissimus multa  
paucis absolvit. *Servius & Acron.*

Fannius vere. *Victorinus.*

Nos in tanta doctissimorum hominum copia,  
*Servius.*

Neque me diuersa pars in ciuilibus armis mo-  
uita vero, *Arustianus.*

No-

Nobis primae diffensiones vitio humani in-  
genii euenere: quod, inquires, atque indomi-  
tum, semper in certamine libertatis, aut glori-  
ae, aut dominationis agit. *Prisc.*

Nam a primordio vrbis ad bellum Perfi Ma-  
cedonicum. *Idem.*

Res Romana plurimum imperio valuit, Ser-  
Sulpitio & M. Marcello Coss. omni Gallia cis  
Rhenum, atque inter mare nostrum, atque Ocea-  
num, nisi quae a paludibus inuia fuit, perdomi-  
ta. Optumis autem moribus, & maxuma con-  
cordia egit populus Rom. inter secundum atque  
postremum bellum Carthaginense. *Victorinus*  
& *Augustinus.*

At discordia, & auaritia, atque ambitio, & cete-  
ra secundis rebus oriri sueta mala, post Carthagi-  
nis excidium maxime aucta sunt. Nam iniu-  
riae validiorum, & ob eas discessio plebis a patri-  
bus, aliaeque diffensiones domi fuere iam inde a  
principio: neque amplius, quam regibus exactis,  
dum metus a Tarquinio & bellum graue cum  
Etruria positum est, aequo & modesto iure agi-  
tatum: dein seruili imperio patres plebem exer-  
cere; de vita atque tergo regio more consule-  
re: agro pellere, & ceteris expertibus, soli in  
imperio agere. Quibus saeuitiis, & maxime feno-  
ris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tri-  
butum simul & militiam toleraret, armata mon-  
tem sacrum Auentinum insedit. Tumque Trib.  
pl. & alia sibi iura parauit. Discordiarum & cer-  
taminis vtriusque finis fuit secundum bellum Pu-  
nicum. *Augustinus.*

M

Post.

Postquam, remoto metu Punico, simulcates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, feditiones, & ad postremum bella ciuilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratiam plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, benique & mali ciues appellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed vti quisque locupletissimus, & iniuria validior, quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paullatim, vt antea, sed torrentis modo praecipitati: adeo iuuentus luxu atque auaritia corrupta est, vti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati. *Agellius & Augustin.*

Igitur venditis proscriptionum bonis, aut dilargitis. *Agellius.*

Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempsalem in regnum restituentis. *Idem.*

Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. *Donatus & Arustianus.*

Quin lenones & vinarii lanthique, quorum praeterea vulgus in dies vsu habet, precio compositi. *Cavissus.*

Genus armis ferox, & seruitii insolitum. *Arustianus.*

*M. Aemilii Lepidi Cos. ad P. R. oratio contra Sullam.*

Clementia & probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maximi & clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, aduersus tyrannidem  
L. Sul-

L. Sullae: ne aut ipsi, nefanda quae aestimatis, ea partem credendo de aliis circumueniamini: praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit; ut neque se aliter tutum putet, quam si peior atque detestabilior metu vestro fuerit, quo captiuis libertatis curiam miseria eximat: aut si prouideritis, in tutandis periculis magis, quam in vlciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, dominationis in vos, seruitium suum mercedem dant: & vtrumque per iniuriam malunt, quam optumo iure libere agere: praecleara Brutorum, atque Aemiliorum & Lutatorum proles, geniti ad ea, quae maiores virtute peperere, subuertenda. Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque & Antiocho defensum est aliud, quam libertas, & suae cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? quae cuncta saeuus iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet, non tot exercituum clade, neque consulis, & aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vertunt. Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros composuit: quis prius iniuria quam vita certa esse: prauissimaeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit; dum vos, metu grauioris seruitii, a repetenda libertate terremini. Agendum atque obuiam eundum est. Quirites, ne spolia vestra penes illum sint: non profatandum neque votis paranda auxilia; nisi forte

speratis. per taedium iam aut pudorem tyrannidis, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, vti nihil gloriosum, nisi tutum, & omnia retinendae dominationis honesta existimet. Itaque illa quies, & otium cum libertate, quae multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capessabant, nulla sunt. Hac tempestate seruiundum, aut imperitandum: habendus metus est, aut faciendus, Quirites. Nam, quid vltra? quaeue humana superant, aut diuina impolluta sunt? populus Romanus paulo ante gentium moderator; exsutus imperio, gloria iure, agitandi inops despectusque, ne seruilis quidem alimenta reliqua habet. Sociorum, & Latii magna vis, ciuitate pro multis, & egregiis factis, a vobis data, per vnum prohibentur: & plebis innoxiae patrias sedes occupare pauci satellites, mercedem scelerum. Leges, iudicia, aerarium, prouinciae reges, penes, vnum denique necis cinium, & vitae licentia. Simul humanas hostias vidistis, & sepulchra infecta sanguine ciuili. Estne viris reliqui aliud, quam solvere iniuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio, expectat. Verum ego seditiosus, vti Sulla ait, qui praemia turbarum queror; & bellum cupiens, quia iura pacis repeto. Scilicet, quia non aliter saluisatisque tuti in imperio eritis, nisi Vertius Picens, scriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: nisi approbaueritis omnes pro-  
 scri-

scri-  
 vir-  
 dib-  
 can-  
 ied-  
 qu-  
 no-  
 fui-  
 for-  
 do-  
 est-  
 fue-  
 nu-  
 ar-  
 co-  
 eo-  
 me-  
 qu-  
 at-  
 Et-  
 fu-  
 ca-  
 ce-  
 ea-  
 te-  
 n-  
 v-  
 st-  
 r-  
 n-  
 p-  
 r-

scriptiones innoxiorum, ob diuitias; cruciatus viro-  
rum illustrium: vastam urbem fuga, & cae-  
dibus; bona ciuium miserorum, quasi Cimbri-  
cam praedam, venum aut dono datam. At ob-  
iectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum:  
quod quidem scelerum illius vel maximum est,  
non me, neque quemquam omnium satis tutum  
fuisse, si recte faceremus. Atque illa quae tum  
formidine mercatus sum, precio soluto, iure:  
dominis tamen restituo: neque pari consilium  
est, vllam ex ciuibus praedam esse. Satis illa  
fuerint, quae, rabie contracta, tolerauimus, ma-  
nus conferentes inter se Romanos exercitus, &  
arma ab externis in nosmet versa. Scelerum &  
contumeliarum omnium finis sit. Quorum ad-  
eo Sullam non poenitet, vt & facta in gloria nu-  
meret, & si liceat, auidius fecerit. Neque iam  
quid existimetis de illo, sed quantum vos aude-  
atis, vereor: ne, alius alium principem exspe-  
ctantes, ante capiamini, non opibus eius, quae  
fuciles & corruptae sunt, sed vestra socordia, quam  
captum ire licet, & quam audeat tam videri feli-  
cem. Nam praeter satellites commaculatos, quis  
eadem vult? aut quis non omnia mutata, prae-  
ter victoriam? scilicet milites: quorum sangui-  
ne, Tarrulae Scyroque, pessumis feruorum, di-  
uitiae partae sunt: an quibus praelatus in magi-  
stratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, hono-  
rum omnium dehonestamentum? Itaque maxu-  
mam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui  
per tot vulnera & labores, nihil praeter tyran-  
num quaesitum est. Nisi forte tribuniciam po-  
testa-

testatem euerſum profeſſi ſunt per arma, conditam a maioribus ſuis: vtique iura & iudicia ſibi met extorquerent: egregia ſcilicet mercede, cum relegati in paludes & ſilvam, contumeliam atque inuidiam ſuam, praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia ſecundae res mire ſunt vitii obtentui; quibus labefactatis, quam formidatus antea eſt, tam contemnetur: niſi forte ſpecie concordiae & pacis, quae ſceleri & parricidio ſuo nomina indidit. Neque aliter populo Romano eſſe belli finem ait, niſi maneat expulſa agris plebes, praeda ciuiliſ acerbiffima, ius, iudiciumque omnium rerum penes ſe, quod populi Romani fuit. Quae, ſi vobis pax & concordia intelliguntur, maxuma turbamenta reipub. atque exitia probate: annuite legibus impoſitis: accipite otium cum ſeruitio: & tradite exemplum poſteris ad populum Romanum ſuimet ſanguinis caede circumueniendum. Mihi, quamquam per hoc ſummum imperium ſatis quaefitum erat nomini maiorum, dignitati, atque etiam praefidio; tamen non fuit conſilium priuatas opes facere; potiorque viſa eſt periculofa libertas, quieto ſeruitio. Quae ſi probatis, adefte Quirites: & bene iuuantibus diis, M. Aemilium Conſulem, ducem & auctorem ſequimini ad recipiendam libertatem.

Tunc vero & poſci, dum caeteri euſdem cauſa ducem ſenatus rati, maxumo gaudio bellum irritare. *Nonius, irritare, prouocare.*

Curionem quaefuit, adoleſcentior, & populi

puli suffragiis integer, aetati concederet Ma-  
merci. *Priscianus l. X.*

Philippus, qui aetate & consilio ceteros an-  
teibat. *Seruius l. II.*

*Oratio L. Philippi contra Lepidum.*

Maxume vellem, P. C. remp. quietam esse  
ut in periculis a promptissimo quoque defendi;  
denique prava incepta consultoribus noxae esse.  
Sed contra, seditionibus omnia turbata sunt, &  
ab iis, quos prohibere magis decebat. Postre-  
mo, quae pessimi & stultissimi decreuere, ea  
bonis & sapientibus faciunda sunt. Nam bel-  
lum, atque arma, quamquam vobis inuisa, ta-  
men, quia Lepido placent, sumenda sunt. Ni-  
si forte cui pacem praestare, & bellum pati con-  
siliium est. Pro, dii boni, qui hanc urbem, omi-  
ssa cura, adhuc regitis; M. Aemilius omnium  
flagitiosorum postremus, qui, peior an ignauior  
sit, deliberari non potest, exercitum opprimun-  
dae libertatis habet, & se a contempto metuen-  
dum effecit: vos mussantes, & retractantes ver-  
bis, & vatum carminibus, pacem optatis magis  
quam defenditis: neque intelligitis mollitia de-  
cretorum, vobis dignitatem, illi metum detra-  
hi. Atque id iure; quoniam ex rapinis consu-  
larum, ob seditionem provinciam cum exercitu  
adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset,  
cuius sceleribus tanta praemia tribuistis? At sci-  
licet, ii, qui ad postremum vsque, legatos; pa-  
cem, concordiam, & alia huiuscemodi decre-  
verunt, gratiam ab eo peperere. Imo despecti  
& indigni rep. habiti, praedae loco aestimantur:

M 4

quip-

quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem a principio, cum Etruriam coniurare, proscriptos accersiri, largitionibus republ. lacerari videbam, maturandum putabam & Catuli consilia, cum paucis secutus sum. Caeterum illi, qui gentis Aemiliae beneficia extollebant, & ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum videbant: cum priuata arma opprimundae libertatis cepisset, sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruerunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus, & paucis sicariis: quorum nemo non diurna mercede vitam mutauerit: nunc est proconsul cum imperio, non emto, sed dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus: & ad eum concurrere homines omnium hominum corruptissimi; flagrant inopia & cupidinibus, scelerum conscientia exagitati; quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ferunt; Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii, Damasippique, nunc Lepidi satellites. Praeterea Etruria, atque omnes reliquiae belli arrectae: Hispaniae armis sollicitatae: Mithridates in latere vestigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit: quin, praeter idoneum ducem nihil abest ad subuertendum imperium. Quod ego vos oro, atque obsecro P. C. vt animaduortatis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros in contactu procedere. Nam, vbi malos praemia se-

quun-

quuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est. An exspectatis dum exercitu rursus admo-  
to ferro, atque flamma urbem inuadit? quod  
multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam  
ex pace & concordia ad arma ciuilia: quae ille  
aduorsum diuina & humana omnia cepit, non  
pro sua, aut quorum simulat iniuriâ, sed legum  
ac libertatis subvertundae. Agitur enim, ac la-  
ceratur animi cupidine, & noxarum metu, ex-  
pers consilii, inquires: haec atque illa tentans, me-  
tuit otium, odit bellum, luxu atque licentia ca-  
rendum videt, atque interim abutitur vestra so-  
cordia. Neque mihi fatis consilii, merum, an  
ignauiam, an dementiam eam adpellem: qui  
videmini intenta mala quasi fulmen optare se  
quisque ne attingat, sed prohibere ne conari  
quidem. Et quaeso considerate, quam conuer-  
sa rerum natura sit. Antea malum publicum,  
occulte, auxilia palam instruebantur, & eo boni  
malos facile anteibant: nunc pax, concordia  
disturbantur palam; defenduntur occulte. Qui-  
bus illa placent, in armis sunt: vos in metu.  
Quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget re-  
cte facere. An Lepidi mandata animos mo-  
uent? qui placere ait, sua cuique reddi; & aliena  
tenet: belli iura rescindi; cum ipse armis cog-  
gat: ciuitatem confirmari, qui ademptam negat:  
concordiae gratia plebi tribuniciam potestatem  
restitui, ex qua omnes discordiae accensae. Pes-  
sume omnium atque impudentissime, tibine  
egestas ciuium, & luctus curae sunt, cui nihil est  
domi, nisi armis partum, aut per iniuriam? al-

M §

terum,

terum consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris, quo parta disturbatur: nostri proditor, istis inuidus, hostis omnium bonorum. Ut te neque hominum, neque deorum, pudet, quos perfidia aut periurio violasti! Qui, quando talis es, maneat in sententia, & retineas arma, te hortor: ne prolatandis seditionibus inquietus ipse, nos in solitudine retineas. Neque te prouinciae, neque leges, neque dii penates ciuem patiuntur. Perge, qua coepisti, ut quam maturume merita inuenias. Vos autem, P. C. quousque cunctando remp. intutam patriemini, & verbis arma tentabitis? Delectus aduersum vos habiti: pecuniae publice & priuatim extortae; praesidia deducta atque imposita; ex lubricine leges imperantur; cum interim vos legatos & decreta paratis. Et quanto mehercule, auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum intelliget, se metu magis, quam aequo & bono sustentatum. Nam qui turbas & caedem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepido vos inermes retinet: quae vobis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censer. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Haec si placent; si tanta torpedo animos oppressit, ut oblitus scelerum Cinnae, cuius in urbem reditu, decus atque ordines omnes interierunt, nihilominus vos, atque coniuges, & liberos, Lepido permisuri sitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is & alii boni remp. frustra curant. Agite, uti lubet; parata vobis Cethegi, atque  
alia

alia proditorum patrocina, qui rapinas & incendia instaurare cupiunt: & rursus aduersum deos penates manus armare. Sin libertas & bella magis placent: decernite digna nomine, & augete ingenium viris fortibus. Adest nouus exercitus &, ad hoc, coloniae veterum militum, nobilitas omnis, ducis optumi; fortuna meliores sequitur. Iam illa, quae collecta sunt, socordia nostra dilabentur. Quare ita censeo: quoniam Lepidus exercitum priuato consilio paratum, cum pessumis, & hostibus reipub. contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit; vt Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule, & caeteris, quibus imperium est, vrbis praesidio sint: operamque dent, ne quid resp. detrimenti capiat.

Vti Lepidus, & Catulus, decretis exercitibus maturrume proficiscerentur. *Carissus l. 3.*

M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus grauis, sed multiplex cura patres exercebat. *Seruius. Marius Victorinus in Ciceronem.*

Obuiam ire, & commori hostibus, *Arusianus Messus.*

Lepidus poenitens consilii. *Caris. l. 111.*

Sic vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus aut lingua competere. *Nonius: Competere, rei cuiusque meminisse, aut constanter valere.*

Prudens omnium, quae senatus censuerat. *Arusianus.*

Magnis operibus profectus, oppidum cepit,  
per L. Catilinam legatum. *Festus.*

Domitium proconsulem ex citeriori Hispania  
cum omnibus copiis, quas parauerat, arcessiuit,  
*Prisc. l. X. Arcessiuit, inquit, & laceffiuit.*

Sanctus aliter, & ingenio validus. *Carif. l. 1.  
aliter pro alias.*

Gens raro egressa fines suos. *Seru. ad lib. XI.  
Aeneid. Arufian. Messus.*

Nisi cum ira belli deseruiffet. *Prisc. l. X.*

Maturauerunt exercitum Dyrrachium coge-  
re. *Arufianus Messus.*

Illo profectus, vicos castellaque incendere, &  
fuga cultorum deserta, igni vastare: neque ela-  
to aut securo esse animo, metu gentis ad furta  
belli peridoneae. *Non. Seru. ad XI. Aeneidos.*

Liberis eius auunculus erat. *Donatus ad Phor-  
mionem Terentii.*

Nihil ob tantam mercedem sibi abnuituros.  
*Arufianus Messus.*

Infanum aliter sua sententia, atque aliarum  
mulierum. *Carif. l. 1. aliter pro alias.*

Solis viis *Donatus Phorm. act. V. scen. VIII.*

Iuffu Metelli cornicines occinuerunt. *Priscia-  
nus l. X. Seruius II. Georg. Virg. Diom. l. 1. c. 7.*

Nexuit catenae modo. *Prisc. l. X.*

Doctus militiam. *Arufian. Messus.*

Neque se recipere an instruere praelio quie-  
re. *Prisc. lib. X.*

Equi sine rectore exterriti, aut faucii conster-  
nantur. *Idem. l. IV.*

Occupatusque collis editissimus apud Hiler-  
dam

dam & cum multa opera circumdata. *Priscianus l. V.*

At inde nulla munitionis, aut requie mora, processit ad oppidum. *Priscianus l. XVIII. requie pro requies.*

*Agreste. Cavis l. 1.*

Ardebat omnis Hispania citerior. *M. Fabius Victor. de inuent. Cic. lib. 1.*

\* & pondere validam urbem multos dies restantem pugnando vicit. *Non.*

Itaque Sertorius, leui praesidio relicto in Mauritiana, noctus obscuram noctem, aestu secundo, futruaque celeritate, vitare praelium in transgressu conatus est. *Agellius l. 10. c. 26. Non. Marcel.*

Transgressos omnes, recipit mons Ballera, praeceptus a Lusitanis. *Idem ibidem.*

Earum aliae paullulum progressae, nimio simul & incerto onere, cum pauor corpora agitata, deprimebatur. *Idem.*

Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit: *Seru. VIII. Aeneidos, Arufian. Messus.*

Et mox Fusidius adueniens cum legionibus, postquam tantas asperitates, haud facilem pugnantiibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt. *Nonius.*

Cum Sertorius neque erumperet, tam leui copia nauibus fugam maturabat. *Seru. Fuld. Messus.*

Itineris eorum Metellus per litteras gnarus. *Arufianus.*

Itaque Seruilius aegrotum Tarenti collegam prior transgressus, iter vortit ad Coryeum urbem

inclutam: pastusque nemore, in quo crocum  
gignitur. *Prisc. Non.*

Ad Olympum atque Phaselida, *Prisc.*

Apud Corycum. *Idem.*

Apud Lethe oppidum, cui nomen obliuionis  
condiderant. *Idem Seru. ad 1. Aeneidos.*

Repulsus a Lethe oppido, *Idem Prisc.*

Apud Mutinam. *Idem.*

Apud Praeneste locatus. *Idem.*

Medio diei. *Messus*

Quietam a bellis ciuitatem. *Idem.*

Militiae peritus. *Idem.*

Sertorius portis turbam morantibus, & nullo,  
vt in terrore solet, generis aut imperii discrimine,  
per calorum corpora, ad medium quasi deiusu-  
per adstantium manibus in murum attollitur.  
*Nonius. Seru.*

Neque detrusus aliquotiens terretur. *Prisc.*  
*J. XV.*

Dubitauit acie pars. *Idem.*

Quos inter maxume. *Caris.*

Rumore primo. *Caris.*

Idem fecere Octavius & Q. Caepio sine graui  
cuiusquam expectatione, neque sane ambitu pu-  
blici. *Seru. ad l. 4. Aeneid. Ambire significat &  
rogare. Sallustius in Iugurtha: Quos ego audio  
ambire, fatigare vos singulos. Dicebatur & am-  
bio illum, pro rogo, Sallustius in 1. Idem fecere &c.*

Cum arae & alia diis sacrata, supplicium fan-  
guine faedarentur. *Idem.*

Postremo ipsos colonos per miserias & incerta  
humani generis orare, *Idem ad illud XI, Aeneid.*

*per*

- - - per eversae genitor fumantia Troiae  
 Exscidia obrestor.

Ea paucis, quibus peritia & verum ingenium  
 est, abnuentibus, *Idem.*

Perpenna tam paucis profectus, vera est aesti-  
 manda. *Idem ad XII. Aeneid.*

# FRAGMENTA

LIB. II.

## HISTORIARVM.

**S**ardinia in Africo mari facie vestigii huma-  
 ni, in orientem, quam in occidentem latior  
 prominet. *Agellius lib. XIII. cap. XVIII.*  
*Non. Faciem totius corporis formam, πρὸς ὄ-  
 πον, id est, os, posuit antiquitas prudens; ut ab  
 aspectu species, & a fingendo figura, ita a factu-  
 ra corporis facies. Sallust. l. II. Sardinia &c. Isido-  
 rus.*

Inde Ichnusa appellata. *Solinus.*

Dubium an insula sit, quod Euri atque Austri  
 superjaectis fluctibus circumlauit. *Nonius, lauit  
 pro lauat.*

Nam Sullam consulem de reditu eius legem  
 ferentem ex composito trib. pl. C. Herennius  
 prohibuerat. *Norat. Agell. l. X. c. XX. Sallusti-  
 um proprietatis in verbis retinentissimum consuetudi-  
 ni concessisse, & privilegium, quod de Cn. Pompeii Ma-  
 gni patris reditu ferebatur, legem appellasse.*

Nam

Nam procul, & diuersis ex regionibus. *Carisus, Asper, procul, inquit, est eo loco.*

Obuiam fuere. *Carisus ibidem. Asper ait, vetuste obuiam fuere, aduerbio quam nomine uti maluit.*

Vrbe, patriaque extorres. *Messus.*

Genus militum suetum a pueritia latrociniis. *Idem.*

Inter laeua moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam paruo interuallo praeterfluit. *Prisc. l. V. & VI. Turiam dixit, qui accusatius generis masculini est, non neutri.*

In fiducia, quam argumentis: purgatiores dimituntur. *Donatus Phorm. act. I. sc. III. & Hecyr. act. IV. sc. IV. Nonius. Fiducia est audacia. Seruius.*

Antequam regressus Sertorius instrueret pugnae suos. *Arusianus.*

Ipse animi atrox. *Idem.*

Copiis integra. *Idem.*

Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coëgit. *Nonius, dicere, est promittere.*

Post, ubi in fiducia nimius *Arusianus.*

Sed ipsi ferunt tantum ex grege, quem prope littora regebat Corfa nomine Ligus mulier. *Prisc. lib. VI.*

Nam quaedam Corfa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, transnatare solitum, atque per interualla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incogni-

cognita sibi pabula, taurum a caeteris degredientem vsque ad Insulam nauigio profecuta est. Cuius regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. *Isidorus l. 14. c. 6.*

Ne illa tauro parata sint. *Donatus actu IV. scena II. Andriae.*

Daedalum ex Sicilia profectum, cum in Moisis fugeret iram atque opes. *Priscianus lib. VI. Seruius.*

Quem ex Mauritiana rex Leptasta prodicionis insinularum cum custodibus miserat. *Priscianus l. 1.*

Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri, *Priscianus lib. X.*

Vt actione desisteret. *Messus.*

Vespera. *Carissus l. II.*

Argentum mutuum arcessiuit. *Prisc. l. X.*

Eam deditionem senatus, per nuncios Orestis cognitam, approbat. *Prisc. lib. VI.*

Nisi qua flumen Lurda Tauro monte defluens. *Idem ibidem.*

Frugum, pabulique laetus ager. *Arusianus. Seruius. l. 1. Aeneidos.*

Neque virgines nuptum a parentibus mittentur, sed ipsae belli promptissimos delegebant. *Messus.*

Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem. *Donatus Phorm. act. I. scen. II.*

Noctu

Noctu diuque stationes & vigilias tentare. *Ca-  
risus l. II.*

At Lucullum regis cura machinata fames  
breui fatigabat. Multique commeatus interie-  
rant insidiis latronum *Prisc. lib. VII & Nonius.*

Namque primum Iasonem nouo itinere ma-  
ris Aeetae hospitis domum violasse. *Prisc. l. VIII.*

Tartessum Hispanie ciuitatem, quam nunc  
Tyrii mutato nomine Gadir habent. *Prisc. l. V.*

Neque subsidiis, vbi soluerat, compositis.  
*Priscianus lib. X. Soluerat autem est solitus fue-  
rat.*

Neque inermes ex praelio viros quemquam  
agniturum. *Idem ibidem.*

Ea continentia vir grauis, & nulla arte cui-  
quam inferior. *Arustian. Non. in Grauis.*

Omnes qui circum sunt, praeminent altitudi-  
ne millium passuum duorum. *Arustian.*

\* & Poeni ferunt aduersus A. N. C. M. *Dona-  
sus.*

Quia corpore, & lingua percitum, & inque-  
tem, nomine histrionis vix sani, Barbuleium ap-  
pellabant. *Prisc. lib. VI.*

Audaciter. *Idem XV.*

Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obse-  
quelam orationis, & maxime odium Sullae, gra-  
ues, carique erant. *Nonius: Obsequium neut. ge-  
nere, obsequela fem.*

Moenibus deturbat. *Non. deturbare.*

E muris canes sportis demittebant. *Idem.*

Ad hoc rumoribus, aduersa in prauitatem;  
secun-

secunda in casum: fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. *Idem.*

At Metellus in vltiorem Hispaniam post annum regressus; magna gloria concurrentium vndique virile & muliebre secus, per vias ac tecta omnium visibatur: cum quaestor C. Urbinus, alique, cognita voluntate, eum ad coenam inuitauerant; vltra Romanorum, & mortalium etiam morem curabant, exornatis aedibus per aulaea & insignia, sceni que ad ostentationem histrionum fabricatis; simul croco sparsa humus, & alia, in modum templi celeberrimi. Praeterea cum sedenti transfenna demissum Victoriae simulatum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure quasi Deo supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulae quaesitissimae: neque per omnem modum prouinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum, & ferarum incognita antea plura genera: quibus rebus, aliquantam partem gloriae demiserat, maxime, apud veteres & sanctos viros, superba illa, grauia, indigna R<sup>o</sup> imperio existimantes. *Macrob. Satur. l. III. c. XIII. Nonius Sospater. l. I.*

Ruuntque pars magna suimet, aut proximum telis, ceteri vice pecorum obruncabantur. *Nonius.*

Occurrere duci, & praelium accendere, adeo vti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. *Idem.*

Aui-

Auidisque ita, promptisque ducibus, vti Metellus ictu tragulae fauciaretur. *Idem.*

Sed Metellus in vulnere. *Don. actu V. sc. II. And.*

Primo incidit forte per noctem in renunculo piscantis. *Non.*

Ad hoc pauca piraticae adiungit actuaria navigia. *Idem in Piraticae nauiculae.*

Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse. *Arustian.*

Suos equites hortatus vado transmittit. *Idem.*

Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur. *Donatus Adelph. act. III. sc. II.*

Circumuenti dextra, vnde ferrum erat, saxa, aut quid tale capiti affligebant. *Arustianus.*

Sed Metellus in vltiore prouincia. *Donatus ad Phorm. act. I. sc. IV.*

Immane quantum animi exarsere. *Non. nomen positum pro adverbio.*

At illi quibus res incognita erat, iuere cuncti ad portas incognita tendere. *Seru. F. Vrsini.*

Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit. *Seru. Fuldanus.*

## FRAGMENTA

LIB. III.

HISTORIARVM.

**E**Xauditque sonus Bacchanaliorum. *Macr. lib. I. c. IV. Saturn. Non.*

Diuer-

Diverſa, vti ſolet rebus perditis, capeſſunt: namque alii fiducia *gnaritatis* locorum in occultam fugam ſparſi; alii, globis eruptionem tentare. *Prife. l. X. Non.*

Vnus conſtitit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor. *Idem l. VI. Probus Catholicis.*

Mole iam aſſuetum ad omnis vis controverſiarum. *Prife. l. VI.*

Coniuratione claudit. *Idem. l. X.*

Quali par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur: nam moenia oppidi ſtagnabant, redundantibus cloacis aduorſo aëſtu maris. *Non. in Mador.*

Equis & armis decoribus cultus. *Prificianus lib. VI.*

Dedecores, inultique terga ab hoſtibus caedebantur. *Idem.*

Contra ille calui ratus quaerebat, num ſomnio theſaurus portenderetur. *Idem l. VIII. Non. in Caluitur.*

Parte conſumta, reliqua cadauerum ad diurnitatem uſus fallerent. *Prife. l. X.*

*Epiftola Cn. Pompeii ad ſenatum.*

Si aduorſus vos, patriamque, & deos penates, totiens labores & pericula ſuſcepiffem, quotiens a prima adoleſcentia ductu meo ſceleſtiſſimi hoſtes fuſi, & vobis ſalus quaefita eſt: nihil amplius in abſentem me ſtatuiffetis, quam adhuc agitis P. C. quem contra aetatem proiectum ad bellum ſaeuiſſimum, cum exercitu optume merito, quantum eſt in vobis, fame, miſerruma omnium mor-

morte confecistis. Hac in spe populus R. liberos suos ad bellum misit? haec sunt praemia pro vulneribus; & totiens ob rem. fuso sanguine? fessus scribundo, mittundoque legatos, omnes opes & spes priuatas meas consumsi: cum interim a vobis per triennium viz annuus sumtus datus est. Per deos immortales, vtrum censetis me vicem aerarii praestare, an exercitum sine frumento & stipendio habere posse? equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio, quam consilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, quibus quadraginta mille hominum exercitum parau; hostesque in ceruicibus iam Italiae agentes ab Alpibus in Hispaniam summoui. Per eas, iter aliud atque Haanibal, nobis opportunius patefeci. Recepi Galliam, Pyrenaeum, Lacetanium, Hergetum: & primum impetum Sertorii victoris nouis quidem militibus, & multo paucioribus sustinui: hiememque in castris inter faeuissimos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi. quid dein praelia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem: quando res plus valent quam verba. Castra hostium apud Sucronem capta, & praelium apud flumen Durium, & dux hostium C Herennius cum vrbe Valentia & exercitu deleri, satis clara vobis sunt, pro quib, o grati patres, egestatem & famam redditis. Itaque meo & hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor vterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quaesoque vt animaduortatis; neu cogi-

cogi  
Hisp  
netu  
vini  
nob  
Mer  
& n  
rem  
sum  
vito  
om  
tur.  
N  
tibu  
te b  
Non  
E  
inu  
Sta.  
I  
ma  
lasc  
A  
fibi  
qu  
Ide  
I  
selo  
du  
Ide  
I  
du

cogitetis necessitatibus priuatim mihi consulere. Hispaniam citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastauimus; praeter maritimas ciuitates, quae vltro nobis sumtui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: & nunc malis fructibus ipsa vix agitatur. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumsi. Reliqui vos estis: qui nisi subuenitis, inuito & praedicente me, exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgreditur.

Namque his, praeter solita vitiosis magistratibus, cum per omnem provinciam infecunditate biennii proximi graue pretium fructibus esset, *Non Graue multum.*

Hi saltibus occupatis, tum externorum agros inuasere: frumentique ex inopia graui *sati*as facta. *Idem, Sati*as pro *sati*etas.

Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari, & vento gliscenti. *Idem, Gliscit est congelascit, colligitur, ignescit, crescit.*

Ac tum maxime, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carissimum domi recordari, cunctique omnium ordinum extrema munia sequi. *Idem, Munia, officia.*

Et forte in nauigando cohors vna, grandi *fase*lo veste a ceteris deerrauit, marique placido a duobus praedonum *myoparonibus* circumuenta. *Idem in voce Faselus. & Myoparo.*

Eum, atque Metrophanem senatus magna industria perquirebat, cum per tot scaphas, quas  
ad

ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant.  
*Idem & Carisus lib. I.*

Duos quam maximos vtres leui tabulae subiecit: qua super omni corpore quietus inuicem tractu pedis quasi gubernator existeret: ea inter molem, atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum peruenit. *Idem.*

Nam qui enare conati fuerant, isti saepe ferramentis nauium, aut vulnera suis, aut afflicti alveis, vndarum vi, mutato foede corpore, postremo tamen periere. *Idem, & Arusianus. Messus.*

Nam tertia tunc erant, & sublimanebula coelum obscurabat. *Non.*

Illum nauis forum. *Idem.*

*Oratio M. Lepidi tribuni plebis ad plebem.*

Si, Quirites, parum existimaretis, quod interius a maioribus relictum vobis, & hoc a Sulla paratum, seruitium interesset: multis mihi disserendum fuisset. docendumque, quas ob iniurias, & quotiens a patribus armata plebes secessisset; vtique vindices parauisset omnis iuris sui tribunos pleb. Nunc hortari modo reliquum est, & ire primum via, qua capefundam arbitror libertatem. Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes. Sed praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui certaminis aduersa, pro libertate potiora esse forti viro, quam omnino non certauisse. Quamquam omnes alii creati pro iure vestro vinctam, & imperia sua gratia, aut spe, aut praemiis

miis  
cede  
qu  
nati  
exer  
habe  
coru  
dosq  
reliq  
prae  
conc  
ritis,  
nimu  
rum  
offic  
sit, q  
forte  
quan  
it, &  
trib.  
tus e  
quan  
nequ  
fuisse  
impo  
Ortu  
tercer  
C. Cu  
natus  
mis a  
niqu  
fecto

miis in vos conuõrtete; meliusque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, prouincias occupauere, & arcem habent ex spoliis vestris: cum interim more peccorum vos multitudo singulis habendos, fruendosque praebetis, exfuti omnibus quae maiores reliquere: nisi quia vosmet ipsi per suffragia, vti praesides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illic omnes: & mox, si vestra receperitis, ad vos redibunt plerique. Rarus enim animus est ad ea quae placent defendenda. Ceterum validiorum sunt. An dubium habetis, ne officere quid vobis vno animo pergentibus possit, quos languidos socordesque pertinuere? nisi forte C. Cotta ex factione media consul, aliter quam metu iura quaedam tribunis pleb. restituit, & quamquam L. Sicinius primus de potestate trib. loqui ausus, mussantibus vobis circumuentus erat: tamen prius illi inuidiam meruere, quam vos iniuriae pertaesum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis. Salla mortuo, qui scelestum imposuerat seruitium, finem mali credebatis. Ortus est longe saeuior Catulus. Tumultus intercessit Bruto, & Aemilio Mamercio Coss. dein C. Curio ad exitium vsque insontis tribuni dominatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantae demique nunc mihi turbae concitantur! quae profecto incassum agerentur, si, prius quam vos ser-

N

viundi

viundi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his ciuilibus armis dicta alia, sed certatum vtrumque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut auaritia in tempus arserunt. Permanfit vna res modo, quae vtrumque quaesita est; & erepta in posterum vis tribunicia telum a maioribus libertati paratum: quod ego vos moneo, quaesoque, vt animaduertatis: neu nomina rerum ad ignauiam mutant, *otium pro seruitio* adpelletis. Quo iam ipso frui, si vera & honesta flagitium superauerit, non est conditio: fuisset; si omnino quiessetis. Nunc animum aduertite: & nisi viceritis, quoniam omnis iniuria grauitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi ignaui, non vltra concionis locum memores libertatis. Deinde ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunus plebis mandando patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paraere: quamuis, Quirites in vobis sit, vti, quae iusfa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis. Iouem aut alium quem deum consultorem exspectatis? magna illa consultum imperia & patrum decreta, vos exsequenda rata efficitis, Quirites: vltroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos vltum iniurias hortor; magis vti requiem capiatis: neque discordias, vt illi criminantur, sed earum finem volens iure gentium res repeto: &, si pertinaciter retinebunt: non arma

ne.

neq  
fang  
hab  
um  
exfu  
sit p  
est;  
mun  
dis l  
Et o  
que  
scun  
paru  
frus  
niam  
dini  
ria g  
vale  
dus  
dele  
Pom  
in c  
que  
tot  
aud  
dem  
riac  
vob  
Et o  
Ver  
nor  
mo

neque secessionem, tantummodo non amplius sanguinem vestrum praebeatis censeo. Gerant habeantque suo modo imperia; quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium & reliquias exsulem persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum & labos, quibus nulla pars fructus est; nisi forte repentina ista *frumentaria lege* munia vestra pensantur. Quâ tamen quinis modis libertatem omnium aestumauere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibeatur; senescunt vires: sic neque absoluit cura familiari tam parua res: & ignauissimi quique tenuissima spe frustrantur: quae tamen quamuis ampla, quoniam seruitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi & vestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? Namque alio modo, neque valent in vniuersos, neque conabuntur. Cauendus tamen dolus est. Itaque simul comparant delinimenta, & differunt vos in aduentum Cn. Pompeii; quem ipsum vbi pertinuere, sublatum in ceruices suas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet vindices, vti se ferunt, libertatis, tot viros sine vno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompeium, tantae gloriae adolescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium, auctoremque in primis fore tribuniciae potestatis. Verum, Quirites, antea singuli ciues in pluribus, non in vno cuncti praesidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripere, talia v-

nus poterat. Itaque verborum satis dictum est. Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit vos nescio quae torpedo, quia neque gloria mouemini, neque flagitio: cunctaque praesenti ignavia mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abstineretur; & huc ire licet, & illud, munere ditium dominorum. Atque haec eadem non sunt agrestibus; sed caeduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur, & vincitur a paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victa est, & in dies magis erit: si quidem maiore cura donationem illi retinuerint, quam vos repetiueritis libertatem.

Postquam egressus angustias. *Messus.*

Ad Cyzicum perrexit firmatus animi. *Ex eodem.*

Vt sustinere corpora plerique nequeuntes, fessi, arma sua quisque stantes incumbere. *Idem & Seruius.*

Ac statim fugitiui, contra praeceptum ducis, rapere ad stuprum virgines, matronasque. *Nonius.*

Quibus a Sertorio triplices insidiae per idoneos saltus positae erant: prima quae fonte venientes exciperet. *Seruius.*

Ingens ipse virium, atque animi. *Avusianus.*

Locum nullum, nisi in quo armati insticissent. *Idem.*

At Oppius postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotra, Vulcioque impeditur. *Non. Pugio est breuis gladius.*

Ca.

Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. *Idem.*

Sed Pompeius a prima adolescentia, sermone *fantorum*, similem fore se credens Alexandro regi, facta consultaque eius quidem aemulatus erat. *Nonius.*

Dubius consilii. *Arustian.*

Post reditum eorum, quibus senatus belli Lepidani gratiam fecerat. *Idem.*

Quod ubi frustra tentatum est, socordius ire milites occipere, non aptis armis, ut in principio, & laxiore agmine. *Non.*

Atque eum Curio laudatum, accensumque praemiorum spe, quibuscum optauisset, ire iubet. *Idem.*

Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defendens, postquam ex sarcinis paludamenta adstare, & delictas cohortes intelligi coepere. *Idem.*

Si nihil ante aduentum suum inter plebem & patres conuenisset, coram se daturum operam. *Prisc. l. XIV.*

Fine inguinum ingrediuntur mare. *Arustian.*

M. Antonius perundae pecuniae genitus, vacuusque curis, nisi instantibus. *Idem.*

Muros successerant. *Idem.*

Saxaque ingentia, & axe vinctae trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum *ericii* militaris *veruta* binum pedum. *Non. Seru.*

Octavianum mitem, & captum pedibus. *Arustianus.*

Igitur discubere, Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius *Hispaniensis* senator ex proscriptis, in summo Antonius, & infra, Scriba Sertorii Versius; & alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium, & dominum Perpenam. *Non. Seru.*

Quarum vnam epistolam forte cum seruo nacti praedatores Valeriani scorpione in castra misere. *Nonius.*

## FRAGMENTA

LIB. IV.

### HISTORIARVM.

**A**T Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum stolidior, an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit. *Agellius l. XVIII. c. IV.*

Omnes, quibus aetas *senectō* corpore, animus militaris erat. *Prisc. l. IX. & X.*

Dein lenita iam ira, postero die liberalibus verbis permulsi sunt. *Idem. l. IX.*

Implicitae rates ministeria prohibebant. *Idem ibidem*

Igitur legiones pridie in monte positas arcessiuit. *Idem. l. X.*

Anxius animi, atque incertus. *Arusian.*

Magnam

Magnam exorsus orationem. *Idem.*

Impotens, & nimius animi est. *Idem.*

Amisumque assideri sine praeliis audiebat.  
*Prisc. l. VIII. Obsideo & assideo actiua sunt; faciunt enim assideor & obsideor.*

Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus. *Festus.*

Castella, custodia thesaurorum in deditioem acciperentur. *Seru. Caris. l. 1.*

Reliqua cadauera salita. *Diomedes lib. 1. cap. IV.*

*Epistola Regis Mithridatis scripta ad Regem Arsacem.*

REX MITHRIDATES REGI ARSACI S.  
Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere Dein quod quaeritur, satisne pi-um, tutum, gloriosum, an indecorum sit? Tibi, perpetua pace frui liceret, nisi hostes opportuni, & sceleratissimi. Egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est. Neque petere audeam societatem: & frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem. Atqui ea, uti te morari posse videntur; ita in Tigranem recentis belli, & meae res parum prosperae, si vera aestumare voles, maxime hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: & quod florentibus optabile est, ego non validissimus praebeco, exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, vna & ea vetus causa bel-

landi est, cupido profunda imperii, & diuitiarum; quia primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumserunt. Dum a Carthaginensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subuenientem Antiochum concessione Asiae per dolum auertere; ac mox a Philippo Antiochus, omnis Taurum agro, & decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde Philippi filium, post multa & varia certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi, & repertoires perfidiae, quia pacto vitam dederant, in somniis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captiui sumptibus & contumeliis ex rege miserum feruorum effecere: simulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrium regnum petierat, hostium more per triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomedem mortuo, diripere, cum filius Nusae, quam reginam appellauerant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me appellem? quem disiunctum vndique regnis, & tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, diuitem, neque seruiturum esse, per Nicomedem bello lacessuerunt; sceleris eorum haud ignarum, & ea, quae accidere, testatum antea, Cretenses solos omnium liberos ea tempestate, & regem Ptolemaeum. Atque ego vltus iniurias, Nicomedem Bithynia expuli; Asiamque spoliis regis Antiochi recepti, & Graeciae demsi graue seruitium. Incepta mea postremus seruorum Archelaus, exercitu

erci  
au  
ari  
Pro  
ten  
cidi  
inte  
dat  
did  
is o  
cun  
dor  
Ap  
ne  
nit  
hos  
frag  
mo  
Cab  
lum  
erat  
vas  
cess  
um  
arti  
Tig  
con  
ad  
fici  
run  
ab  
est

exercitu prodito, impediuit: illique, quos ignauia  
 aut praua calliditas, vti meis laboribus tuti essent,  
 armis abstinuit, acerbissimas poenas soluunt.  
 Ptolemaeus precio diem belli prolatat. Cre-  
 tentes impugnati semel iam, neque finem nisi ex-  
 cidio habituri. Equidem cum mihi ob ipforum  
 interna mala dilata praelia magis, quam pacem  
 datam intelligerem; abnuente Tigraue, qui mea  
 dicta sero probat, te remoto procul, omnibus ali-  
 is obnoxiiis, rursus tamen bellum cepi: Mar-  
 cumque Cottam Romanum ducem apud Chalce-  
 dona terra fudi: mari exul classe pulcerrima.  
 Apud Cyzicum magno cum exercitu, in obsidio-  
 ne moranti frumentum defuit, nullo circum ad-  
 nitente: simul hyems mari prohibebat. Ita, sine vi  
 hostium regredi coactus in patrium regnum, nau-  
 fragiis apud Param, & Heraclam, militum opti-  
 mos cum classibus amisi. Restituto deinde apud  
*Cabira* exercitu, & variis inter me atque Lucul-  
 lum praeliis inopia rursus ambos incescit. Illi sub-  
 erat regnum Ariobarzani bello intactum: ego  
 vastatis circum omnibus locis, in Armeniam con-  
 cessi: secutique Romani non me, sed morem su-  
 um omnia regna subuertendi, quia multitudinem  
 artibus, locis, pugna prohibuere, imprudentiam  
 Tigrani pro victoria ostentant. Nunc quaeso  
 considera, nobis oppellis vtrum firmiorem te  
 ad resistendum, an finem belli futurum putes?  
 scio equidem tibi magnas opes virorum, armo-  
 rum, & auri esse: & ea re a nobis ad societatem,  
 ab illis ad praedam peteris. Ceterum consilium  
 est Tigrani, regno integro, meis militibus belli

prudentibus, procul ab domo, paruo labore, per nostra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras, Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc conuertisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, imperium? conuenas, olim sine patria, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum: quibus non humana vlla, neque diuina obstant, quin socios, amicos, procul iuxtaque sitos, inopes potentesque trahant, excidantque; omniaque non serua & maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt: nos suspecti sumus aemuli, & in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Persidis inclitis diuitiis est, quid ab illis, nisi dolum in praesens, & postea bellum expectas? Romani in omnes arma habent, acerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; *audendo & fallendo, & bella ex bellis ferendo*, magni facti. Per hunc morem extinguunt omnia, aut occident: quod difficile non est, si tu Mesopotamia, nos Armenia, circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis: fortuna autem nostris vitiis adhuc incolumis. Teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppressisse. Quod vti facias moneo, hortorque, neu malis pernicie nostra vnum imperium prolatare, quam societate victor fieri.

Cu.

Curia Vulcanaliorum te ibidem moratus. *Nonius de mutata declinatione. Carif. l. 1.*

Scalas pares moenium altitudine. *Arusianus.*

Diffidere inter se coepere, neque in medium consultare. *Idem.*

Multisque suspicionibusvolentia plebi facturus videbatur. *Nonius, Volentia, quae plebs vellet.*

Suspectusque fuit, incertum vero an per negligentiam, societatem praedarum cum latronibus composuisse. *Idem. Componere, coniungere.*

Collegam minorem, & sui cultorem expectans. *Arusianus.*

Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzani contendit, ad flumen Euphratem; quia in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur. Et quamquam ad id naues codicariae occulto per hiemem fabricatae aderant. *Nonius, Codicariae naues, quae in flumine usui esse possunt.*

Qui praetergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. *Idem.*

Cum interim, lumine etiam tum incerto, duae Gallicae mulieres conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt. *Idem.*

Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. *Idem, Demoliri est diruere.*

Exercitum dimisit, ut primum Alpes degressus est. *Arusianus.*

Tetrarchas, regesque territos animi firmavit. *Idem.*

Simul eos, & cunctos iam inclinatos laxitate

loci, plures cohortes, atque omnes, vt in secunda re pariter acce inuadunt. *Nonius.*

Hi locorum perignari, & soliti neſtere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quod inopia ſcutorum fuerat, ad eam artem ſe quiſque in formam parmae equeſtris armabat. *Nonius, Parma eſt ſcutum breue.*

De pecore coria recens detracta, quaſi glutino adoleſcebant. *Carifius l. i. Seruius.*

Auidior modo properandi factus. *Arufianus.*  
Conſilii aeger. *Idem.*

Reuerſi poſtero die, multa, quae properantes deſeruerant in caſtris, naſti, cum ſe ibi cibo vinoque laeti inuitarent. *Nonius, inuitare eſt repleri.*

Atque hianis humus, multa, vaſta & profunda, *Idem. Hiare, aperire.*

Rurſus iumenta naſti ad oppidum ire contendunt. *Nonius.*

Vbi ſe laniata nauigia fundo emergunt. *Arufianus.*

Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Vartanium. *Idem.*

Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparauerunt. *Nonius.*

In quis notiſſimus quiſque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo eminens aſſigebatur. *Idem, Patibulum eſt crux.*

Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus V. & XXX. *Meffus.*

Claui lateribus pedem. *Idem.*

Naphras, *Probus Catholicis.*

FRAG.

## FRAGMENTA

LIB. V.

HISTORIARVM.

**A**T Lucullus, audito Q. Marcium Regem pro  
consule per Lycaoniam cum tribus legioni-  
bus in Ciliciam tendere. *Priscian. lib. XVIII.*

Legiones Valerianae comperto, lege Gabinia  
Bithyniam, & Pontum consuli datam? missos es-  
se. *Idem ibidem.*

Regem auerfabatur. *Arustianus.*

Ceteri negotia sequebantur familiaria legato-  
rum, aut tribunorum; & pars sua com meatibus  
mercatis. *Nonius.*

Et vxori eius frater erat. *Arustianus.*

Saepe celebritatem nomini, intelligo timen-  
tem. *Prisc. lib. XIX.*

Video ingenia dona quaesitum ire properan-  
tem. *Idem ibidem.*

Nam si Pompeio quid humani euenisset. *Arus-  
sianus.*

Quibus de caussis Sullam in victoria dictato-  
rem, equo descendere, sibi vni assurgere de sella,  
caput aperire solidum. *Nonius. Arustianus. Serv.*

## C. SALLVSTII

CRISPI

FRAGMENTA

*Incertorum Librorum.*

**N**E inrumiendi po-----  
sublicibus cauata-----

fene *Festus.*

N 7

Cu-

Cuius duas insulas propinquas inter se, & decem stadium procul a Gadibus fitas, constabat suopto ingenio alimenta mortalibus gignere. *Nonius.*

Serum bellum in angustiis futurum. *Junius Philarg. ad Georg. Virgilii.*

Illi tertio mense peruenere in pontum multo celerius spe Mithridatis. *Arustianus.*

Ergo senati decreto seruiundumne sit. *Donatus act. II. sc. II.*

Pompeius oris improbi, animoque inuerecundo. *Suet. de claris Gram. c. XIV.*

Simulans sibi aluum purgari. *Isidorus l. XI. in voce Aluus, ad l. III. Aeneidos.*

Fecit vt nunciis confestim lugubribus. *Carissus lib. II.*

Communem habitum transgressus. *Priscianus l. XIV.*

Inter arma ciuilia aequi boni famam petit. *Seneca l. XX. Epist. CXV.*

Haud impigre, neque inultus occiditur. *Donatus ad Andr. Terentii act. I. Sc. II.*

Festinantibus in summa inopia patribus. *Idem ad Eunuch. act. IV. sc. III.*

Hostes oppressi, aut delapsi forent. *Isidorus l. XVIII.*

Exercitum argento fecit. *Seneca lib. XX. Epist. CXV.*

Togam paludamento mutauit. *Isidorus lib. XIX. Seruius.*

Hiero rex Syracusanorum bellum fecit. *Seneca. Ibi triennio frustra trito. Seruius ad IV. Aeneidos.*

Ora-

*Oratio C. Cottae Consulis ad Populum:*

Quirites, multa mihi pericula domi, militiae multa aduersa fuere: quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxiliis, & virtute mea: in quibus omnibus, neque animus negotio defuit: neque decretis labos. Mala, secundaeque res, opes, non ingenium mihi mutabunt. At contra in his miseris cuncta me cum fortuna deseruere. Praeterea senectus per se grauis, curam duplicat: cui misero, senecta iam aetate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam, si patricida vestri sum, & bis genitus hic deos Penate meos, patriumque, & summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo? cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adolescentia in ore vestro priuatus, & in magistratibus egi: qui lingua qui consilio meo, qui pecunia voluere, vti sunt: neque ego *callidam facundiam, neque ingenium ad male faciendum*, exercui: auidissimus priuatae gratiae maximas inimicitias pro republica suscepi: qui victus cum illa simul, cum egens alienae opis; plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam deos, Penates, cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita & mors iura naturae sunt: vti sine dedecore cum ciuibus, fama & fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Consules non fecistis, Quirites, domi bellique impeditissima rep. Namque Imperatores Hispaniae stipendium, milites, arma, frumentum poscunt; & id res cogit; quoniam

niam

niam post defectionem sociorum & Sertorii per montes fugam, neque manu certare possunt, neque vtilia parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italiae maritima, & prouinciarum: cum interim vestigalia parua, & bellis incerta, vix partem sumtuum sustinent: ita classe qua commeatus vehebatur, minore quam antea nauigamus. Haec si dolo aut foecordia nostra contracta sunt, agite & vti lubet, ita supplicium sumite: sin communis fortuna asperior est, quae indigna vobis, nobisque, & rep. incipitis? Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur; neque mox ingenuo corpori honestius quam pro vestra salute finem vitae fecerit. Adsum en Cn. Gottra consul, facio quod saepe maiores asperis bellis fecere; voueo, dedoque me pro rep. quam deinde cui mendentis circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunae, & pacis, & belli ab aliis acti, ratio reddenda, aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus, aut avaritiam caesum, sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur, Quirites, & gloriam maiorum, tolerate aduorsa, & consulite reip. *Multa cura summo impetio inest, multi ingentes labores: quos nequicquam abnuitis, & pacis opulentiam quaeritis: cum omnes prouinciae, regna, maria, terraeque aspera, aut fessa bellis sint.*

Germani inteetum renonibus corpus tegunt.  
*Isidorus.* Vnde

Vnde pons in oppidum pertinens explicatur.

*Arustianus.*

Et ei voce magna vehementer gratulabantur.

*Donatus.*

Et Marius victus duplicauerat bellum. *Seruius.*

Atque eos a tergo incurrerunt. *Rufinianus.*

In hunc modum differuit. *Priscianus.*

Inde ortus sermo percunctantibus vtrimque, Satin saluae; quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis auferentur. *Donatus.*

Fugam nostris fecere. *Seneca.*

Quae audita Panormitanos dedere Romanis facere. *Idem.*

Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum, & strenuum ostentantes. *Isidorus, Seruius X.*

Ventis per caua terrae citatis, rupti aliquot montes, tumulique federe. *Isidorus, Seruius.*

Vbi multi nefande casu super ausi, atque passi.

*Priscianus.*

Saguntum. *Carisus.*

Tota autem insula modica, & cultoribus inanis est. *Marrianus.*

Immodicus animi. *Arustianus.*

Fugnam illam pro omine belli futuram. *Seru.*

Tantum antiquitatis, curaeque maioribus pro Italica gente fuit. *Idem.*

Opprobrii gratia. *Agratius.*

Maximis ducibus, fortibus strenuisque ministris. *Diomedes lib. II.*

Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem. A. B. C. M. *Donatus.*

In silua Sila fuerunt. *Seru.*

In nuda iniecta corpora. *Diomedes.* Apol-

Apollinis filia & Cyrenes. *Probus.*

Ne simplici quidem morte moriebantur,  
*Seruius.*

Cum praedixero positum insulae *Donatus.*

Cuius aduersa voluntate, colloquio militibus  
permissio corruptio facta paucorum, & exercitus  
Sullae datus est. *Idem.*

A Gracco seditiones graues ortae. *Augustinus.*

M. Atilius Palicanus humili loco, *Picens*, lo-  
quax magis, quam facundus. *Quintilianus l. IV.*  
*c. II.*

Insolens vera accipiundi. *Donatus.*

Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello  
facta erat. *idem.*

Curubis. *Probus.*

Tharros, *idem.*

Canisfos, *idem.*

Luces, *Sergius.*

Primum modo Iapidiam ingressus. *Seru.*

Carbo turbi formidine Italiam, atque exerci-  
tum deseruit. *Idem.*

Quae pacta in conuentione non praestitissent.  
*Donatus.*

Crebritate fluctuum vt Aquilo solet. *Seruius.*

Mithridates corpore ingenti perinde armatus.

*Quintil. l. VIII. c. 3.*

Tyrannumque, & Cinnam appellantes. *Victo-  
rinus, Seruius.*

Nomenque Danubium habet. *Acron.*

Cui nisi pariter obuiam iretur. *Donatus.*

Septimum, neque animo, neque lingua satis  
comptem.

Vulgus amat fieri. *Quintilianus.*

Non

Non poenitutum. *Quintilianus.*

Pompeius cum alacribus saltu cum velocibus cursu, cum validis veete certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se & milites frequentibus exercitiis praeparauisset ad praelia. *Vegetius l. 1. cap. IX. Job. Saveseb.*

Cicero caninam facundiam, vt Appius inquit, exercuit. *Lactantius.*

Primus Graecorum Achilles. *Seruius.*

Cupientissimus legis. *Diomedes.*

Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno vsu bello Marsico, paratu militum, & armorum fuit. Multaque tum ductu eius curata, primo per ignobilitatem, deinde per inuidiam scriptorum celebrata sunt. Cominus faciem suam ostentabat, aliquot aduorsis cicatricibus, & effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxime laetabatur: neque illis anxius, quia reliqua gloriosus retinebat. *Agellius.*

Curetes quia principes intelligendi diuina fuerunt, vetustatem vti cetera in maius componentem altores Iouis celebrauisset, inde Rhegium nominatum. *Lactantius & Isidorus.*

Italiam coniunctam Siciliae constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum. *Isidorus.*

Pompeius deiectis Hispanis trophaea in Pyrenaeis iugis constituit. *Seruius.*

Atque edita vndique tribustamen cum muris, & magnis turribus. *Donatus.*

Et in praeliis actu promptus. *Idem.*

Factio-

Factiōe amisso Publico legato. *Idem.*

Ipsū Mare Ponticum dulcius quam cetera.  
*Seruius, Macrobius, Priscianus.*

Equis paria operimenta erant: quae linea ferreis laminis in modum plumae adnexuerant.  
*Seruius.*

Rebus supra votum fluentibus. *Idem.*

AENUM, & Maroneam, & viam Militarem.  
*Idem.*

Impediēbant iussa nautarum. *Idem.*

Nihil fōcordia claudēbat. *Donatus.*

Vt tanta repente mutatio non sine deo videtur. *Idem.*

In ore gentibus agens, populo, ciuitati. *Idem.*

Fressi vndique multitudine. *Idem.*

Hunc igitur redarguit Tarquinius. *Idem.*

Dein campi Themyscīrii: quos habuere Amazones a Thanai flumine incertum quamobrem digressae. *Seruius.*

Vbi eum tota concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non vsurum; eumque ab armis dimittit. *Idem.*

Et Metello procul agente longa spes auxiliorum. *Idem.*

More equestris praelii sumtis tergis, atque redditis & egressi ad faciliores ictus loco cedebant. *Idem.*

Castra sine vulnere introitum. *Idem.*

Multos tamen ab adolescentia bonos, insultrauit. *Idem & Donatus.*

Cosa. *Seruius.*

Equis, atque armis insignibus. *Idem.*

Fef-

Fessus in Pamphylia se receperat. *Idem.*

Profectus quidam Ligus ad requisita naturae.

*Quintil.*

Apud latera certos collocauerat. *Seruius.*

Apertae portae, repleta arua cultoribus. *Idem.*

Hispaniam sibi antiquam patriam esse. *Idem.*

Lyciae, Pisidiaeque agros despectantem. *Idem.*

Sorte ductos fusti necat. *Idem.*

Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Bruttium, & Salentinum.

*Idem.*

Italia plana ac mollis. *Idem.*

Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit.

*Idem & Scholiastes Iuuenalis.*

Introrsus prima Asiae Bithynia est, multis antea nominibus appellata. Ipsa enim est & maior Phrygia. *Seruius.*

Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus: matre veneno interfecta. *Idem.*

Exercitum vertere. *Idem.*

Creta altior est qua parte spectat Orientem.

*Idem.*

Sed regibus deuouent, & post eos vitam refutant: adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis. *Idem, & Philargyrius.*

Dum inferior omni via grassaretur. *Iohannes Grammat.*

Narbone consilia Gallorum. *Pompeius in artem Donati.*

Post defectionem sociorum & Latii. *Donatus.*

Ad Iouis mandem nostra. *Idem.*

Mor-

Morbi graues ob inedia[m] insolita vefcentibus. *idem.*

Atque ea cogentes non coactos scelestos magis quam miseros distringi. *idem.*

Grauiori bello, qui prohibitori venerant focii, frigere. *idem.*

Nam quidem Pyrrho, Hannibali, aequor & terra.

Nam Sullae dominationem audebat. *idem.*

Neque est defensio dominationem Sullae. *idem.*

Ne quis miles neue pro milite. *Seruius.*

Ex insolentia auidus malefaciendi. *idem.*

Tergis vinciebant. *idem.*

Charybdis quae forte illata naufragia forbens gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. *idem.*

Saguntini fide atque aerumnis incluti per mortalium studium maiores quam opibus, quippe quis etiam tum semirutae moenia, domus intactae, parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant. *Hieron, in Habacuc.*

Apud Corduennos amomum & alii leues odores gignuntur. *Pbilarg. in IV. Georg. Virgil.*

Quem trans stagnum omnis vsque ad flumen. *idem.*

Repente incautos agros inuasit. *idem.*

Belli sane sciens. *Aeron.*

Namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Achaei atque Tauri sunt, quod, quantum conuicio, locorum egestate rapti viuere coacti. *Glossae Iuuenalis.*

Atque

Atque ipse cultus rei. *Acron.*

Triplici fluctu. *Seruius Fuldanus.*

Charybdi mare vorticosum. *idem.*

Sed vbi tempore anni mare classibus patefactum est. *idem.*

Sane bonus ea tempestate contra pericula & ambitionem. *idem.*

Simul immanis hominum vis ex locis inuasere patentes, cum & paucis modo effusas. *idem.*

Genua patrum aduoluuntur. *idem.*

Perrexere in Hispaniam & Sardiniam. *idem.*

Quae mapalia sunt circumiecta ciuitati, suburbana aedificia. *idem.*

Et onere turrium incertis nauibus. *idem.*

Traditur fugam in longinqua Oceani agita-  
uisse. *idem.*

Ad mutandum modo in melius seruitium.

*Seruius ad primum Aeneides.*

Magna vis hominum conuenerat agris pulsa aut ciuitate eiecta. *idem ibid.*

Cum murum hostium successisset, poenas dederat. *idem ad Eclogam quintam.*

Quippe facta Italia rapinis, fuga, caedibus. *idem.*

Hi sunt qui secundum pocula & alias res aureas diis sacrata instrumenta conuiuio mereantur.

\* *Idem ad VIII. Aeneidos.*

In secunda festinas cohortes composuerat. *idem ad IX.*

Iam repente visus faeuire Taguns. *idem ad X.*

Exuant armis equisque. *idem.*

Solas festinare. *idem.*

Lu-

Lusitaniae grauem ciuitatem. *Idem.*

Ex parte cohortium praecipere instructa, & stationes locatae pro castris. *Idem.*

Bellum quibus posset conditionibus desineret. *Idem.*

In quis longissimo aeuo plura de bonis falsa in deterius composuit. *Idem.*

Cultu corporis ornata egregio. *Idem.*

At Sertorius vacuus hieme augere copias. *Acro in Horatium.*

Sin vis obsistat, ferro quam fame aequius perituros. *Seruius.*

Confedit in valle virgulta nemorosaque. *Idem.*

Paululum requietis militibus. *Idem.*

Qui nullo certo exilio vagabantur. *Idem.*

Nubes foedauere lumen. *Idem.*

Sandus alia. *Idem.*

Geronis. *Idem.*

Quae causa fuerat nouandis rebus. *Idem.*

Radicem montis excessit. *Statii interpres.*

Vt res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locauerant. *Idem.*

Incerta est fortitudo dum pendet. *Idem.*

In quibus plaustra sedes sunt. *Acro ad Horatium.*

Luxo pede. *Probus.*

Maurique vanum genus, vt alia Africae, contendebant Antipodas vltra Aethiopiam cultu Persarum iustos & egregios agere. *Priscianus.*

Et Perpennam fortis cognoscit mulio redemptoris. *Acro in Horatium.*

Omni-

Omnium fluminum quae in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Graeci τῆν ἑὴν ὀλάσσαν appellant, maximum esse Nilum consentitur; proxuma magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius. *Agell. lib. X. cap. VII.*

Ex omnibus quae tractauimus, Aebutii Liberalis, potest videri nihil tam necessarium, aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum, quam quod in manibus est. *Seneca.*

Turbinum motus vagus est, & disiectus, & uti Sallustii verbis utar, vorticosus; cometarum autem compositus, & certum iter carpens. *Idem.*

Sallustius, auctor certissimus, asserit Tigrim, & Euphratem vno fonte manare in Armenia, qui per diuersa euntes longius diuidantur, spatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra, quae ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. *Idem.*

Pelorum promontorium Siciliae respiciens aquilonem iuxta Sallustium dictum a gubernatore Hannibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, cum se eius dolo crederet esse deceptum. *Seruius & Isidorus.*

Aristaeus, uti Sallustius docet, post laniatum a canibus Aetionem filium matris instinctu Thebas reliquit, & Ceam insulam tenuit, primo adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Daedalo in Sardiniam transiit, post delatus est Cumas. *Seru.*

Sallustius duces laudat, qui victoriam incruento exercitu deportarunt. *Idem.*

Cares Insulani populi fuerunt, piraticam exercen-

ercentes, famosi, victi a Minoe, vti Sallustius & Thucydides tradunt. *Idem.*

A Troia Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Sallustium, tenuerunt. *Idem.*

Dardania a Dardano Iouis & Electrae filio, aut secundum Sallustium, a Mida Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. *Idem.*

Sallustius Scyllam saxum esse dicit, simile formae celebrat e procul visentibus. *Idem.*

In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, secundum Sallustium. *Idem.*

Sallustius ait, Hispanorum morem fuisse, vt in bella euntibus iuuenibus parentum facta memorentur a matribus. *Idem.*

Orion, iuxta Sallustium, oritur iuxta solis aestiui pulsus. *Idem.*

In Flaminia est ciuitas quae Cale dicitur, & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius a Perpenna captam commemorat. *Idem.*

Getae sunt Mysii, quos Sallustius a Lucullo dicit esse superatos. *Idem.*

Troianorum tempore inuadendarum terrarum causa fuerat nauigatio, vti Sallustius meminit. *Idem.*

Curribus falcatis vsos esse antiquos, Liuius & Sallustius docent. *Idem.*

Vices significant pugnam, quia per vicissitudinem pugnabatur, ut inquit Sallustius. *Idem.*

Creta medio iacet insula ponto, id est, secundum Sallustium, procul a continenti. *Idem.*

Primo mense veris dicitur nouum ver, secundo

do  
Iust  
Idem  
S  
vol  
I  
Ho  
P  
hæ  
tum  
exi  
I  
I  
Ita  
Pap  
pos  
I  
S  
M  
P  
M  
P  
arcu  
vnd  
Scy  
-  
I  
illic  
T  
tae  
Iust  
Com  
do

do ver aduſtum, tertio praeceps: ſicut etiam Sal-  
luſtius dicit vbique, noua aetas, adulta, praeceps,  
*Idem.*

Salluſtius in Hiſtoriis tradit, Sertorium victum  
voluſſe fugere ad inſulas fortunatas. *Acron.*

Inſulas fortunatas Salluſtius inclutas eſſe ait  
Homeri Carminibus. *Seru.*

Proximum dicebant veteres, non ſolum ad-  
hærens, & adiunctum, verum etiam longe remo-  
tum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium  
exiſtiſſet. *Virg. Aen. l. V.*

*Proximus huic, longo ſed proximus intervallo,  
Inſequitur Salus.*

Ita & Salluſtius in Situ Ponti, de promontoriis  
Paphlagonum, & quod Κοῖνὴ μέγιστος appellauit,  
poſuit. *Nomius*

*Interrog ſi ſi tenes, Macotici*

*Situs quis eſſet aequoris. Salluſtium*

*Noram id dediſſe, dicta & eius omnibus*

*Praeiuſdicatae auſtoritatis ducier.*

*Non abnuſam. Feſtus Auienus.*

Portus ab Eoo ſtatu curuatus in arcum. In  
arcus ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius,  
vnde hic tulit colorem. Nam ſpeciem efficit  
Scythici arcus. *Seruius ad III. Aeneidos:*

*- - Freta laſa velucent.*

Lata autem ideo, quia ſe anguſtiae Pontici oris  
illic dilatant, vt dicit Salluſtius. *Seruius.*

Teia autem dicta eſt a Teio Anacreontis Poe-  
tae Lyrici oppido, quod in Paphlagonia eſſe Sal-  
luſtius indicat, cum de ſitu Pontico loquitur,  
*Comment. in Horat.*

Porro Sallustius auctor certissimus asserit, tam Tygris, quam Euphratis in Armenia fontes demonstrari. *Hieron. de locis Heb.*

Cum multi easserint Troianum periculum, uti Capys, qui Campaniam tenuit; ut Helenus, qui ut alii, Sardiniam, secundum Sallustium, *Seru.*

Sallustianus Calpurnius. *Hieronymus aduersus Ruf.*

Calpurniani discipuli. *Idem ibidem.*

Tamen vulgata iam res est gentilium proprietatum. Comici Phrygas timidos illudunt. Sallustius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulsat. *Tertull. de anima.*

Sarcasmus Chleuasmo proxima est, & similis figura, qua aduersariorum facta, cum exacerbatione admissi lacessimus. Ut apud Sallustium de Sullae crudelitate. Ut in M. Mario cum fracta prius crura per artus expiraret. *Iul. Rufinianus de schematis lexeos.*

Mesopotameni homines effrenatae libidinis sunt, ut Sallustius meminit in utroque sexu. *Glossae in Iuuenalem.*

Antonius ille titium Antoniorum corruptor, ille Sallustius, qui orae maximae qua Romanum esset imperium contrarius piratis. Si omnes socios: & maxime Graecos Asiaticos ac Siculos fortunis omnibus spoliauerunt. *Eadem Glossae.*

Σαδασία δὲ Σαυμάζω, τότε πρῶτον ὠφθαλμικαῖς καμῆδεις λέγουσι, ἀ μὴτε πρότερον τῆς μετὰ Σικτίωσι νικήσαντας. Ἀντίχου ὁ ἐστ,

ἢ ετο, μήτε τὰς ἐναρχίας πρὸς Ὀρχομενῶν καὶ περὶ  
 Καιρώνειαν Ἀρχελάω μεμαχημέναι, ἐγνωνέναι κάμη-  
 λον. *Id est*, Sallustium demiror, qui autumat,  
 tum primum visos Romanis Camelos, quod ne-  
 que olim illos qui duce Scipione Antiochum de-  
 vicerunt, neque hos qui ad Orchomenum &  
 Chaeroneiam certauerunt cum Archelao, posse  
 putauerit Camelum. *Plutarchus.*

Σαλλῆστιος μὲν ἐν Φησί, χελεπῶς διατεθῆναι τὰς  
 στρατιώτας πρὸς αὐτὸν ἐνθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς πολέμου πρὸς  
 Κυζίχον, καὶ πάλιν πρὸς Ἀμισῶν δύο χειμῶνας ἐξῆς ἐν  
 χάρακι διαγαγῆν ἀναγκαδέντας. *Id est*: At Sal-  
 lustius quidem fuisse milites iam inde a principio  
 male ait in eum (Lucullum) animatos, quod ad  
 Cyzicum, & iterum ad Amisum duas hiemes os  
 in castris continuisset. *Idem.*



## ORATIONES

DVAE

AD

## C. CAESAREM

SALLVSTIO

ADSCRIPTAE.

ORATIO I.

## AD C. CAESAREM

DE

REP. ORDINANDA.

**P**opulus R. antea obtinebat regna, atque imperia, fortunam dono dare, item alia, quae per mortales auide cupiuntur: quia & apud indignos saepe erant quasi per lubricitatem data: neque cuiquam incorrupta permanferant. Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse suae quemque fortunæ: atque in re maxime, qui tantum alios praetergressus es, uti prius defessi sunt homines laudando facta tua, quam in laude digna faciundo. Ceterum uti fabricata,

ta,  
hab  
ruan  
vol  
mer  
cet,  
pot  
res  
qui  
ipse  
imp  
recl  
qua  
ner  
hoc  
Int  
qu  
do,  
ma  
bus  
tia  
uti  
mo  
fun  
tu  
pe  
ne  
ior  
pa  
qu  
N  
qu

80

ta, sic virtute parata, quam magna industria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: & quamuis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse licet, formidatur. Id euenit, quia plerique rerum potentes peruerse consulunt; & eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contra id eniti decet; cum ipse bonus, atque strenuus sit, vti quam optimis imperites. Nam pessumus quisque asperrime rectorem patitur. Sed tibi hoc grauius est, quam ante te omnibus, armis parata componere. Bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores praedam petunt, victi ciues sunt. Inter has difficultates euadendum est tibi; atque in posterum firmanda resp. non armis modo, neque aduersum hostes, sed, quod multo maius, multoque asperius est, bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocrique sapientia res huc vocat: quae quisque optima potest, vti dicat. Ac mihi sic videtur: qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura. Sed iam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quae me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, Imperator, cum homine claro, magnis opibus, auido potentiae, maiore fortuna, quam sapientia: quem secuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia necessitudo, traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam; neque, si esse potuisset, orbis terrarum

bello concussus foret. Cetera multitudo vulgi, more magis quam iudicio, post alius alium, quasi prudentiorem, secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae reip. in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: & aperte quieris mortem, rapinas, postremo omnia, quae corruptus animus iubebat, minitari. Ex quibus magna pars, ubi neque creditum condonare; neque te civibus, sicuti hostibus, uti vident, defluxere: pauci resistere; quibus maius otium in castris, quam Romae, futurum erat, tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem causas immane dictu est, quanti, & quam multi mortales postea ad Pompeium discesserint: eoque per omne tempus belli quasi sacro, atque inspoliato fano debitores vsi. Igitur, quorum tibi victori de bello, atque pace agitandum est: hoc uti civiliter deponas, illa ut quam iustissima, & diuturna sit: de te ipso primum, quia compositurus es, quod optimum factu est, existuma. Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror, neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere: quoniam neque aduersus, neque ab tergo, aut lateribus tutus sis? semper in periculo, aut metu agites. *Contra qui benignitate & clementia imperium temperauerit, his lacta & candida omnia visa; etiam hostes aequiores, quam aliis ciues.* An qui me his dictis corruptorem victo-

vict  
tate  
nat  
qu  
bit  
gui  
lo  
am  
lit  
alic  
iur  
ter  
pec  
cul  
ren  
& p  
ate  
Ad  
cer  
ria  
te  
Etis  
frat  
den  
ver  
ren  
flag  
qu  
run  
Elo  
mi  
nor

victoriae tuae, nimisque in victos bona voluntate praedicient? scilicet quod ea, quae externis nationibus, natura hostibus, nosque maioresque nostri saepe, tribuere, ea ciuibus danda arbitror; neque barbarico ritu caede caedem, & sanguine sanguinem expiandum. An illa, quae paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium victoriamque Syllanam increpabantur, obliuio abstulit? interfecit Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in praelio belli iure, sed postea supplices per summum, scelus interfectos: plebem Romanam in villa publica pecoris modo conscissam. **H**ecquam illa occulta ciuium funera, & repentinae caedes in parentum, aut liberorum sinum: fuga mulierum, & puerorum, vastatio domorum: ante partam a te victoriam omnia saeua atque crudelia erant. Ad quae te illi iidem hortantur: & scilicet id certatum esse vtriusque vestrum arbitrio, iniuriae vti fierent: neque receptam, sed captam a te remp. & ea causa exercitus stipendiis confectis optimos, & veterrimos omnium aduersum fratres, parentesque, alii liberos armis contendere; vt ex alienis malis deterrumi mortales ventri atque profundae lubidini sumtus quaerent: atque essent opprobria, victoriae, quorum flagitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te praeterire puto, quali quisque eorum more, aut modestia, etiam tum dubia victoria, sese gesserit; quoque modo in bellis administratione scorta, aut conuiuia, exercuerint nonnulli; quorum aetas ne per otium quidem

tales voluptates sine dedecore attigerit. De bello fati dictum. De pace firmanda quoniam tuque & omnes tui agitatis: primum id, quae so, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo; quoniam orta omnia intereunt, quae tempestate vrbi Romanae fatum excidii aduentarint, ciues cum ciuibus manus conferturos: ita defessos & exsanguis Regi aut nationi praedae futuro. Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, mouere aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur sunt concordiae bona, & discordiae mala expellenda. Id ita eueniet, si sumtuum & rapinarum licentiam demiseris; non ad vetera instituta reuocans, quae, iam pridem corruptis moribus, ludibrio sunt; si suam cuique rem familiarem & finem sumtuum statueris: quoniam is incesit mos, vt homines adolescentuli, sua atque aliena consumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus, denegare pulcherrimum putent, eam virtutem, & magnitudinem animi: pudorem atque modestiam pro discordiae aestiment. Ergo animus ferox, praua via ingressus, vbi consueti non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in ciues: mouet composita, & res nouas veteribus acquirit. Quare tollendus fenerator in posterum, vti suas quisque res curemus. Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere; & magnitudinem animi in addendo, non demendo reip. ostendere. Atque ego scio, quam aspera haec res in principio futura sit,


fit, praesertim iis, qui se victoria licentius liberiusque, quam artius, futuros credebant: quorum si saluti potius quam lubricitati consulere; illosque nosque & socios in pace firma constitues. Si eadem studia, artesque iuventuti erunt: nae ista egregia tua fama simul cum vrbe Roma brevi concidet. Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficis, vinci, an vicisse, quid retulit? Quare capesse, per duos, temp. & omnia aspera, uti soles, peruade. Namque aut tu mederi potes; aut omittenda est cura omnibus, neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba iudicia, inuocat, quibus ciuitas vastatur magis, quam corrigitur; sed uti prauas artes, malasque lubricitates, ab iuventute prohibeas. Ea vero clementia erit, consuluisse, ne immerito ciues patria expellerentur; retinuisse ab stultitia & falsis voluptatibus; pacem concordiamque stabiliuisse: non, si, flagitiis obsecutus, delicta perpessus, praesens gaudium cum mox futuro malo concesseris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxime erectus est, negotii magnitudine: & quia tibi terrae & maria simul omnia componenda sunt: (quippe res paruas tantum ingenium attingere nequit) *magnae curae magna merces est.* Igitur prouideas oportet, uti plebes, largitionibus, & publico frumento, corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuentus probitati, & industriae, non sumptibus, neque diuitiis, studeat. Id ita eueniet, si *pecuniae, quae maxima omnium*

perniciosa est, vsum atque decus demferis. Nam saepe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clarissimi viri magnitudinem inuenissent; quae res populos nationesue magnis auctoribus auxissent; ac deinde quibus causis amplissima regna, & imperia, corruissent: eadem semper bona, atque mala reperiebam, omnesque victores diuitias contempsisse, & victos cupivisse. Neque aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalis attingere potest, nisi, omissis pecuniae & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita praebendo, peruersam gratiam gratificans; sed in labore, patientia, bonisque praeceptis, & factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam extruere, eamque signis, aulacis, aliisque operibus, exornare, & omnia potius, quam semet, visendum efficere; id est non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est; vbi animum, quem dominari decebat, seruitio oppressere, nequaquam, eo postea hebeti atque claudo, pro exercitio vti volunt. Nam imprudentia pleraque & se praecipitant. Verum haec & omnia mala pariter cum honore pecuniae desinent, si neque magistratibus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt. Ad hoc prouidendum est, quonam modo Italia, atque prouinciae tutiores sint: id quod facti haud obscurum est. Nam iidem omnia vastant, suas deserendo domos, & per iniuriam alienas occupando. Item ne, vt adhuc, milita

tia

tia  
pa  
id,  
nic  
pe  
pu  
qu  
pa  
me  
au  
ali  
vix  
qu  
ies  
Na  
qu  
Re  
ea  
fin  
A  
S

tia iniusta aut inaequalis sit: cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: & frumentum id, quod antea praemium ignaviae fuit, per municipia & colonias illis dare conveniet, cum stipendiis emeritis domos reuerterint. Quae republicae necessaria, tibi que gloriosa ratus sum, quam paucissimis absoluit. Non peius videtur pauca nunc de facto meo differere. Plerique mortales ad iudicandum satis ingenii, habent, aut simulant: verum tamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus; vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quae meditata pectore euoluat: quibus me subiectum haut poenitet magis reticuisse pigeret. Nam siue hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum & adiutum fuerit. Reliquum est optare, uti, quae tibi placuerint ea dii immortales approbent, beneque euenire sinant.



AD C. CAESAREM  
DE REP. ORDINANDA  
ORATIO II.

**S**cio ego, quam difficile, atque asperum factu sit, consilium dare regi, aut imperatori; postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt: quippe cum & illis consultorum copiae adsint; neque de fu-

turo quisquam satis callidus, satisque prudens sit. Quin etiam saepe prava magis, quam bona consilia prospere eueniant: quia plerasque res fortuna ex lubricitate sua agitat. Sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capeffere: atque in ea cognoscendis multam, magnamque curam habuit: non ita, vti magistratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant: sed etiam, vti rempublicam domi, militiaeque quantumque armis, viris, opulentia posset, cognitam haberem. Itaque mihi multa cum animo agitante consilium fuit, famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere, & cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriae accederet. Idque non temere, aut ex fortuna tua decreui; sed quia in te, praeter caeteras, artem tuam egregie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in aduersis, quam in secundis, rebus animum esse. Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod & prius defessi sint homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quae gloria digna essent, Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. Neque ego, quae visa sunt, de rep. tibi scripsi, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius aequo probaretur: sed inter labores militiae, interque praelia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis vrbanis. Namque tibi si id modo in pectore consilii est, vti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo contra aduersum consulem beneficia populi  
reti-

ret  
ille  
Et  
fer  
mi  
qu  
ini  
ma  
de  
inu  
nia  
qu  
lap  
bu  
stit  
ref  
iud  
Ro  
nos  
luc  
tra  
dar  
ver  
cin  
mi  
est,  
cap  
tur  
vir  
viti  
qu  
te,

retineas : indigna virtute tua cogites. Sin in te ille animus est, qui iam a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Rom. ex gravi seruitute in libertatem restituit, in praetura inimicorum arma inermis disiecit; domi militiaeque tanta & tam praeclara facinora fecit, vti ne inimici quidem fari quidquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de summa reip. Quae profecto aut tu vera inuenies, aut certe haud procul a vero. Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi prauitate, aut quia nihil malum quam quod tibi obesset, ita lapsus est, vt hostibus tela in manus iaceret: quibus ille rebus remp conturbavit, eisdem tibi restituenda est. Primum omnium summam potestatem moderandi, de vestigalibus, sumptibus, iudiciis, senatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cuius antea summa potestas erat, nosque his quidem legibus in seruitute reliquit. Iudicia, tamen si, sicut antea, tribus ordinibus tradita sunt; tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quae lubet; innocentes circumveniunt: suos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum, aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant; quod commodum est, trahunt, rapiunt: postremo tanquam vrbe capra, lubricine ac licentia sua pro legibus vtuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam more suo per seruitium exercerent. Sed homines inertissimi, quorum omnis vis virtusque in lingua sita est, forte, atque alterius socordia dominationem oblatam

tam insolentes agitant. Nam, quae seditio ac diffensio ciuilis tot vnquam illustres familias ab stirpe euerit? aut quorum vnquam victoria animus tam praeceps tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tamen si a Sulpicio hostium partes muniri intelligebat: tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisque, eiusdem factionis, quadraginta senatores, multi praeterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiae, mactati sunt: cum interea opportunissima genera hominum tot miserorum ciuium sanguine satiari nequiverunt; non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus virorum, luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies malefaciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios ciuitate euersum irent. Nam, quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauissimi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantae voluptati est (tamen si in sperantibus accidit) dominatio quanto moerori tua dignitas: qui optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi R. imperium maximum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quoniam modorem stabilias communiasque. Mihi quidem quae mens suppetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quae vera atque vtilia factu putes. In duas partes ego ciuitatem diuisam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres, &

& p  
erat  
in  
ope  
Sed  
ten  
bia  
ign  
mis  
bi. f  
pul  
hab  
ber  
Ita  
ctis  
con  
tut  
mal  
var  
ens  
pest  
ciu  
exp  
libe  
dae  
cun  
& r  
neg  
net.  
cun  
tes  
gna  
vibu

& plebem. Antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe. Itaque saepius in ciuitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes deminutae sunt, & ius populi amplificatum. Sed plebes eo libere agitabat; quia nullius potentia super leges erat; neque diuitiis, aut superbia, sed bona fama, factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humillimus quisque in armis, aut militia, nullius honestae rei egens, satis sibi, satisque patriae erat. Sed vbi eos paullatim expulso agris, inertia atque inopia incertas domos habere subegit: coepere, alienas opes petere, libertatem suam cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus erat, & cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: & pro communi imperio, priuatim sibi quisque seruitutem peperit. Haec igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capeffendam rempubl. Ceterum, additis nouis ciuibus, magna me spes tenet, fore, vt omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendae, tum his seruitutis amittendae cura orietur. Hos ego censeo, permixtos cum veteribus nouos, in coloniis constituas: ita & res militaris opulentior erit, & plebes bonis negotiis impedita malum publicum facere desinet. Sed non inscius, neque imprudens sum, cum ea res agetur, quae saeuitia, quae tempeftates hominum nobilium futurae sint, cum indignabuntur, omnia funditus misceri, antiquis ciuibus hanc seruitutem imponi, regnum denique

ex

ex libera ciuitate futurum, vbi vnus munere multitudo ingens in ciuitatem peruenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo; malum facinus in se committere, qui incommodo reip. gratiam sibi conciliet. Vbi bonum publicum etiam priuatim vsui est: id vero dubitare aggredi, socordiae atque ignauiae duco. M. Liuius Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate: neque vllam rem in principio agere intendit, nisi illi auctores fierent homines factiosi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant. Vbi intellexerunt, per vnum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari: videlicet & sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse, de M. Liuiio Druso iuxta, ac de se, existumauerunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eam nixi, sua ipsius consilia disturbaerunt. Quo tibi, imperator, maiora cura fideque amici, & multa praesidia paranda sunt. Hostem aduersum opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare bonis in promptu est. Igitur, vbi eos in ciuitatem adduxeris; quoniam quidem reuocata plebes erit, in eare maxume animum exercitato, vti colantur boni mores; concordia inter veteres & novos coalescat. Sed multo maximum bonum patriae, ciuibus, tibi, liberis, postremo humanae genti, pepereris, si studium pecuniae aut sustuleris, aut, quod res feret, minueris. Aliter neque priuata res, neque publica, neque domi, neque militiae, regi potest.

Nam

Nam  
scip  
lum  
mat  
aud  
nes  
qua  
hau  
ren  
vid  
vit  
tem  
ver  
vbi  
asp  
tur  
pu  
du  
tit  
in p  
de  
ma  
qu  
etu  
Iuc  
leg  
dic  
Ne  
suc  
di  
mi  
de

Nam ubi cupido diuitiarum inuasit; neque disciplina, neque artes bonae, neque ingenium vllum satis pollet: quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbit. Saepe iam audiui, qui reges, quae ciuitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiserint, quae per virtutem inopes ceperant: id adeo haud mirandum est. Nam ubi bonus deteriorum diuitiis magis clarum, magisque acceptum videt. primo aestuat, multaque in pectore voluit: sed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit: animus ad voluptatem a vero deficit. Quippe gloria industria alitur; ubi eam demiseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. Postremo ubi diuitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem vna & ardua via est: ad pecuniam qua cuique lubet, nititur: & malis & bonis rebus ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniae demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus iudicauerit; si neque praetor neque consul, ex opulentia, verum ex dignitate creetur. Sed de magistratu facile populi iudicium fit. Iudices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, inhonestum. Quare omnes primae classis iudicare placet, sed numero plures, quam iudicant. Neque Rhodios, neque alias ciuitates vquam suorum iudiciorum poenituit: ubi promiscue diues, & pauper, vti cuique fors tulit, de maximis rebus iuxta, ac de minimis disceptat. Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem ab-

sur-

furde placet lex, quam C. Grachus in tribunatu promulgauerat; vt ex confusis quinque classibus forte centuriae vocarentur. Ita coaequati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium prope-  
 rabit: nec ego magna remedia contra diuitias statuo. Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, vt earum rerum vfus est: malitia praemiis exercetur. Vbi ea demferis, nemo omnium gratuito malus est. Ceterum *auaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est*: quo intendit, oppida, agros, fana, atque domos, vastat: diuina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque moenia obstant, quo minus vi sua penetret; fama, pudicitia, liberi, patria, atque parentibus cunctos mortales spoliat. Verum, si pecuniae decus ademeris, magna illa vis auaritiae facile bonis moribus vincetur. Atque haec ita sese habere, tametsi omnes aequi atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est; cuius si dolum caueris, alia omnia in procliu erunt. Nam hi, si virtute satis valerent, magis aemuli bonorum, quam inuidi, essent. Quia desidia, & inertia, & stupor eos, atque torpedo, inuasit; strepunt, obtrectant, alienam famam suum dedecus existumant. Sed, quid ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atque animi vis, in consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui consulatus, maximum imperium, maximo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis est, cuius nullum membrum a flagitio aut fa-

cino-

cino-  
 des-  
 inho-  
 geni-  
 tem.  
 Sed  
 sunt  
 iner-  
 imp-  
 iner-  
 prae-  
 miu-  
 gnae-  
 ven-  
 illis-  
 sunt  
 rene-  
 qua-  
 mili-  
 arm-  
 litte-  
 bui-  
 que-  
 tes,  
 bui-  
 vbi-  
 pos-  
 imp-  
 der-  
 cur-  
 cus-  
 Na-

cinore vacat? lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces; quae honeste nominari nequeant, inhonestissima. Vnius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum haud contempto. Parantur haec disciplina Graecorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Graecos nulla sunt. Quippe, cum domi libertatem suam per inertiam amiserint; censese eorum praeceptis imperium haberi posse? reliqui de factione sunt inertissimi nobiles: in quibus, sicut in statuâ, praeter nomen, nihil est additamenti. L. Postumius, & M. Fauonius, mihi videntur quasi magnae nauis superuacua onera esse, vbi salui peruenire visi sunt; si quid aduersi coortum est, de illis potissimum iactura fit, quia pretii minimi sunt. Quoniam nunc, uti mihi videor, de plebe renouanda corrigendaque disserui: de senatu, quae tibi agenda videntur, dicam. Postquam mihi aetas ingeniumque adoleuit, haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in litteris, quod natura firmus erat in laboribus, habui. Atque ego in ea vita, multa legendo atque audiendo, ita comperii, omnia regna, ciuitates, nationes vsque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: vbi cumque gratia, timor, voluptas ea corrumpere: post paullo imminutae opes, deinde ademptum imperium; postremo seruitus imposita est. Equidem ego sic apud animum meum statuo: cuiuscumque in sua ciuitate amplior illustriorque locus, quam aliis est, ei magnam curam esse reip. Nam ceteris, salua vrbe, tantummodo libertas

tuta

tuta est: qui per virtutem sibi diuitias, decus, honorem, pepererunt, vbi paullum inclinata resp. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defensat; omnibus locis adest, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, ta: ta in aduersis asperius magisque anxie agitatur. Igitur vbi plebes senatui, sicuti corpus animo, obedit, eiusque consilia consequitur: patres consilio valere decet, populo superuacanea est calliditas. Itaque maiores nostri, cum bellis asperumis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare. Non inopia aerarii, non vis hostium, non aduersa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quae virtute ceperant, simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consiliis, quam bonis praeliis, patrata sunt. Quippe apud illos vna resp. erat, ei consulebant; factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium, patriae, non suae quisque potentiae, exercitabat. At hoc tempore contra homines nobiles, quorum animos socordia atque ignauia inuasit, ignari laboris, hostium, militiae, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, quorum consilio antea dubia resp. stabiliebatur, oppressi, ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt: vt eorum, qui dominantur, similtas, ac arrogantia fert, ita bonum malumque publicum existumant. Quod si aut libertas aequa omnium, aut sententia ob-

scu-

seun  
pot  
gr  
mai  
gnit  
que  
occ  
rit.  
ign  
tu  
mir  
am  
reb  
ro  
la  
auc  
am  
iud  
rum  
ad  
sup  
cu  
ris  
her  
Ve  
bel  
dir  
eru  
tor  
fer  
ta  
cia

scurior esset; maioribus opibus resp. & minus  
 potens nobilitas esset. Sed quoniam coaequari  
 gratiam omnium difficile est: quippe cum illis  
 maiorum virtus partam reliquerit gloriam, di-  
 gnitatem, clientelas: cetera multitudo, plera-  
 que inscia, sit sententia eorum a metu libera. In  
 occultae sibi quisque alterius potentia carior e-  
 rit. Libertas iuxta bonis, & malis, strenuis, &  
 ignavis, optabilis est. Verum eam plerique me-  
 tu deserunt, stultissimi mortales, quod in certa-  
 mine dubium est, quorsum accidat, id per inertiam  
 in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus  
 rebus confirmari posse senatum puto: si nume-  
 ro auctus per tabellam sententiam feret. TABEL-  
 LA obtentui erit, quo magis animo libero facere  
 audeat: in multitudine, & praesidii plus, & vsus  
 amplior est. Nam fere, his tempestatibus, alii  
 iudiciis publicis, alii priuatis suis atque amico-  
 rum negotiis implicati, haud sane reip. consiliis  
 adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam  
 superba imperia distinuere. Homines nobiles  
 cum paucis senatoriis, quos additamenta factio-  
 nis habent, quaecumque libuit probare, repre-  
 hendere, decernere, ea, vti libido tulit, facere.  
 Verum vbi, numero senatorum aucto, per ta-  
 bellam sententiae dicentur; illi superbiam suam  
 dimittent, vbi iis obediendum erit, quibus antea  
 crude'issime imperitabant. Forsitan, impera-  
 tor, perlectis litteris decernes, quem numerum  
 senatorum fieri placeat; quoque modo in mul-  
 ta & varia officia distribuatur; & quorum iudi-  
 cia primae classis mittenda putem, quae descri-  
 ptio,

prio, qui numerus in quoque genere futurus sit, Ea mihi omni generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere uti decreueris, cetera in promptu erunt. Volo ego consilium meum prudens, maximeque vsui esse. Nam ubicumque tibi res prospere cederet, ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, & quamprimum resp. adiuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro, horrorque, ne clarissimus imperator, Gallica gente subacta, populi R. summum atque inuisitum imperium tabescere vetustate, ac per summam discordiam dilabi, patiaris. Profecto, si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedauerit; quin insomniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero constat, *omnium mortalium vitam diuino numine inuisi: neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi: sed, ex natura, diuersa praemia bonos malosque sequi.* Interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem praebet. Quod si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet haec tibi dicerent: O Caesar, nos te genuimus fortissimi viri, in optima urbe, decus praesidiumque nobis, hostibus terrorem! Quae multis laboribus & periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maxumam in terris; domum familiamque in patria clarissimam; praeterea bonas artes, honestas diuitias; postremo omnia honesta

stam  
sumi  
facin  
situ  
omn  
temp  
facin  
ris fo  
mo r  
occa  
terri  
impe  
orbe  
quoc  
bus  
ta, su  
nius  
fortu  
rac o  
mag  
Qu v  
pauc  
imm  
ges,

C.

G

sta

stamenta pacis, & praemia belli. Pro his amplissimis beneficiis non flagitium a te, neque malum facinus, petimus; sed uti libertatem euersam restituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. Namque hac tempestate, tamen si domi militiaeque praeclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis est: si vero urbem amplissimo nomine, & maximo imperio, prope iam ab oecasu restitueris; quis te clarior, quis maior, in terris fuerit? Quippe si morbo iam, aut fato huic imperio secus accidat; cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, caedes oriantur? quod si tibi bona libido fuerit, patriae, parentibus gratificandi: postero tempore, rep. restituta, super omnes mortales gloria agnita, tuaque vnius mors vita clarior erit. Nam viuos interdum fortuna, saepe inuidia, fatigat: ubi anima naturae cessit, demitis obtestationibus ipsa te virtus magis magisque extollit. Quae mihi, vtilia factu visa sunt, quaeque tibi vsui fore credidi, quam paucissimis potui, perscripsi. Caeterum deos immortales obtestor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi, rei que publicae prospere eueniat.

C. SALLUSTII CRISPI  
IN M. TVLLIVM  
CICERONEM  
DECLAMATIO.

Graviter & iniquo animo, maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis,  
P quam

quam morbo animi, perulantia ista vti. Sed quoniam in te neque modum, neque modestiam ullam animaduerto, respondebo tibi: vti, si quam maledicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem? P. C. diripi remp. atque audacissimo cuique esse perfidiae? an apud populum R. qui ita largitionibus corruptus est, vt sese ac fortunas suas, venales habeat? an apud vos, P. C. quorum auctoritas turpissimo cuique & sceleratissimo, ludibrio est? vbi M. Tullius leges, iudicia populi R. defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante insitus huic vrbi ciuis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisse? Scilicet, istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? Itaque minime mirandum est, si eam flagitiose venditas, quam turpissime paraisti. Verum, vt opinor, splendor domesticus tibi animos attollit; vxor sacrilega, ac periuriis delibuta; filia matris pellex, tibi iucundior, atque obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi, & rapinis, funestam tibi ac tuis, comparasti: videlicet vti nos commonefacias, quam conuersa sit resp. cum in ea domo habitas, homo flagitiosissime, quae P. Crassi, viri consularis, fuit. Atque haec cum ita sint; tamen Cicero se dicit in consilio deorum immortalium fuisse; inde missum huic vrbi: ci-

vibu  
qui  
nit  
fuer  
tem  
nor  
tum  
legis  
tis a  
tibi  
aedi  
hil p  
dom  
fena  
erat.  
quan  
accr  
Tull  
dific  
se, q  
bus o  
nou  
tem  
nobi  
tia c  
ac vi  
mus  
do h  
leui  
null  
vane  
fuga

vibusque custodem, absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit: quasi vero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus; & idcirco resp. disiecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quae post consulatum cum Terentia vxore de rep. consuluisti, cum legis Plautiae iudicio domi faciebas: ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas: cum tibi alius Tusculanum, alius Pompeianam villam aedificabat, alium domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quae si tibi falsa obiicio; redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia, domum paraueris, Tusculanum & Pompeianum infinito sumtu, aedificaueris? Aut, si retices; cui dubium potest esse, quin opulentiam istam ex sanguine & visceribus civium paraueris? Verum, ut opinor, hominuous Arpinas, ex C. Marii familia, eius virtutem imitatur; contemnit similitatem hominum nobilium: populi R. curam habet, neque gratia commouetur. Illud vero amicitiae tantum, ac virtutis est animi? Immo vero homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leuissimus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissimae, gula immensa, pedes fugaces; quae honeste nominari non possunt,

inhonestissima. Atque is, cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: *O fortunatam natam me consule Romam!* Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem, & miseram, quae crudelissimam proscriptionem civium perpessa est; cum tu, perturbata rep. metu percussos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges, in tua lubricitate, cum tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrae vitae necisque potestatem ad te unum reuocaueras. Atque parum est, quod impune fecisti: verum etiam commemorando exprobras; neque licet obliuisci seruitutis suae. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris quod libet: satis est perpessos esse: etiamne aures nostros odio tuo onerabis? etiamne molestissimis verbis infestabere? *Cedant arma togae, concedat laurea linguae.* Quasi vero togatus, & non armatus, ea, quae gloriaris, confeceris, atque inter te, Syllamque dictatorem, praeter nomen imperii, quidquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnes artes edocuit, Iupiter optumus maximus in consilio deorum admisit, Italia exulem humeris suis deportauit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones, superasti, quem tandem locum in hac ciuitate obtines? quae tibi partes reip. placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in ciuitate fecisti insidias, ancillaris? Quo iure, cum de exilio tuo Dyrrachio redisti, eum sequeris? quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentiae fa-

ves?

ves? qui tibi ante optimates videbantur, eosdem nunc dementes ac furiosos vocas? Vatinii causam agis: de Sextio male existumas: Bibulum petulantissimis verbis laedis: laudas Caesarem: quam maxime odisti, ei maxime obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de rep. sentis: his maledicis, illos odisti: leuissime transfuga! neque in hac, neque in illa parte fidem habes.

IN SALLVSTIVM  
DECLAMATIO:  
QVAE CICERONI  
FALSO TRIBVITVR.

**E**Ademum magna voluptas est, Crispe Salusti, aequalem & parem verbis vitam agere, neque quidquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua respondeat, vt omnis oratio moribus consonet. Neque enim, qui ita viuit, vti tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque, qui tam iloto sermone vtitur, vita honestior est. Quo me vertam, P. C? vnde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est vterque nostrum. Quod si aut de mea vita, atque actibus nostris, huic conuiciatori respondero, inuidia gloriam consequetur: aut, si huius facta, mores, omnem aetatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiiicio. Id vos, si forte offendimini, iustius huic, quam mihi, succensere deberis, qui initium introduxit.

Ego dabo operam, vt & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minime mentitus esse videar. Scio me, P. C. in respondendo non habere magnam expectationem, quod nullum vos sciatis nouum crimen in Sallustium audituros, sed omnia vetera recognituros quis & meae, & vestrae iam & ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit rudimentum; sed ita ingressus est, vt neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua aetate praeterire. Itaque nihil aliud studet, nisi, vt lutulentus sus, cum quouis velitari. Longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguae vitae sordes eluuntur: sed est quaedam calumnia, quam vnusquisque nostrum testante animo suo fert, de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit: aliam, P. C. non ex oratione eius, sed ex moribus spectare debetis. Iam dabo operam, quam maxime potero, vt breui id faciam. Neque haec altercatio nostra vobis inutilis erit, P. C. Plerumque enim resp. priuatis crescit inimicitia; vbi nemo ciuis, qualis sit vir, potest latere. Primum igitur quoniam omnium maiores Crispus Sallustius ad vnum exemplum & regulam quaerit, velim mihi respondeat, numquid, quos protulit, Scipiones, & Metelli, ante fuerint aut opinionis, aut gloriae, quam eos res gestae suae & vita innocentissime acta, commendauit? quod si hoc fuit illius initium nominis, & dignitatis, cur non aequae de nobis existimetur? cuius & res gestae illustres sunt,

&c

& vita integerrume acta. Quasi vero tu sis ab illis viris, Sallusti, ortus: quod si esses; nonnullis iam tuae turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus virtute mea praeluxi; uti, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriae suae: tu tuis vita, quam, turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; ut etiam, si fuerint egregii ciues, certe venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare. Satius est enim, me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti, & ita viuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Neque mecum iis conferri decet, P. C. qui iam decesserunt, omnique odio carent, & inuidia; sed cum iis, qui mecum vna in republica versati sunt. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus; (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit;) aut in gerendis magistratibus, aut in iudicandis maleficiis tam seuerus; aut in tuenda republica tam vigilans; quam tu proscriptionem vocas: credo quod non omnes tui similes incolumes in hac vrbe vixissent. At quanto meliore loco republica tuenda staret, si tu par ac similis scelerum ciuium, vna cum illis adnumeratus esses! An ego tunc falso scripsi, *Cedant arma togae*, qui togatos armatos, & pace bellum oppressi? An illud mentitus sum, *Fortunatam me consule Romanam*; qui tantum intestinum bellum, & domesticum vrbis incendium exstinxi? Neque te tu piget, homo leuissime, cum ea culpas, quae in hi-

storiis mihi gloriae ducis? An turpius est, P. C. scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod meam aetatem increpauisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu abes a pudicitia. Sed quid ego de te plura quaerar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam uti vitium obiceret? Cuius semper nocens eguisti patrocinio. An vllum existimas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus & disciplinis sit eruditus? An vlla alia putas esse rudimenta, & incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, P. C. homo, qui desidia ac luxuriae plenus sit, haec uti noua, atque inusitata, miratur. Nam quod ista inusitata rabie petulanter in vxorem, & in filiam meam inuasisti, quae facilius mulieres se a viris abstinerunt, quam tu vir a viris; satis docte ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, & vicissim tuas compellaturum. Vnus enim satis es materiae habens: neque quidquam turpius est domi tuae, quam tu. Mulum te vero opinio fallit, qui mihi putasti parare inuidiam ex mea re familiari: quae multo mihi minor est, quam habere dignus sim. Atque utinam ne tanta quidem esset quanta est; uti potius amici mei viuerent, quam ego testamentis eorum locupletior essem! Ego fugax, Crispe Sallusti? Furori tribuni pl. cessi: vtilius duxi, quamuis fortunam vnus experiri, quam vniuerso populo R. ciuilibus essem dissensionis causa: qui, postquam ille suum annum in rep. perbacchatus est; omniaque quae

quae commouerat, pace & otio refederunt: hoc ordine re-  
 vocante, atque ipsa Rep. manu retrahente me, reuerti. Qui  
 mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo qui-  
 dem meo superet, cum vniuersi vos, populusque R. fre-  
 quens aduentu meo gratulatus est. Tanti me fugacem, mer-  
 cenarium patronum hi aestimauerunt. Neque hercule mi-  
 rum est, si ego semper iustas omnium amicitias aestimauit.  
 Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi:  
 sed quantum quisque reip. studuit, tantum mihi fuit aut ami-  
 cus, aut inimicus. Ego nihil plus volui valere, quam  
 pacem; multi privatorum audacias nutruerunt. Ego  
 nihil timui, nisi leges: multi arma sua timeri volue-  
 runt. Ego nunquam volui quidquam posse, nisi pro  
 vobis: multi ex vobis, potentia freti in vos suis viri-  
 bus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius ami-  
 citia vsus sum, qui non perpetuo reip. amicus fuit: ne-  
 que me poenitet, si aut petenti Vatinius reo patroci-  
 nium pollicitus sum, aut Sexti insolentiam repressi, aut  
 Bibuli patientiam culpauit, aut virtutibus Caesaris fa-  
 uer. Hae laudes enim egregii ciuis, & vnicæ sunt. Quae  
 si tu mihi vti vitia obicitis, temeritas tua reprehendi-  
 tur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud  
 alios mihi esset dicendum, P. C. non apud vos, quos  
 habui omnium actionum mearum monitores. Sed, vbi rerum  
 testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc, ad te vti  
 reuertar, Sallusti, patremque tuum praeteream: qui si  
 nunquam in vita sua peccauit, tamen maiorem iniuriam  
 reip. facere non potuit, quam quod te talem filium genuit.  
 Neque, tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne  
 parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam  
 tui potestatem habuit, sed qualem adolescentiam egeris.  
 Hac enim demonstrata, facile intelligetur, quam petulantem  
 pueritia tam impudicus, & procax, adoleueris. Postea  
 quam immensae gulae impudicissimi corporis quae-  
 stus sufficere non potuit; & aetas tua iam ad ea pati-  
 enda, quae alteri facere collibuisse, exoleuerat; cupi-  
 ditatibus insinuat efferebatur, vti, quae ipsi corpori  
 tuo

tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile reputare, P. C. utrum inhonestioribus corporis partibus rem quaesierit, an amiserit. Domum paternam viuo patre turpissime venalem habuit, vendidit. Et cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet a me eum quaerere, quis in P. Crassi domo habitat; cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitat paterna domo. At hercule! lapsus aetatis tirocinio, postea se correxit. Non ita est: sed abiit in solatium sacrilegii Nigidiani: bis iudicis ad subsellia attractus, extrema fortuna sterit: & ita discessit, ut non hic innocens esse, sed iudices peierasse, existimarentur. Primum honorem in quaestura adeptus, hunc locum, & ordinem, despectum reddidit, cuius aditus sibi quoque, fordidissimo homini, patrisset. Itaque timens, ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matribus familias opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium; neque erubuit ora vestra. Vixeris, ut libet, Sallusti; egeris, quae volueris; satis sit, vnum te tuorum scelerum conscium esse; noli nobis languorem, & soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia vxorum nostrarum: sed ita expectati non sumus, ut a te cauere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Equod hunc mouere possit, P. C. factum ac dictum turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quod si nihil pro me tibi respondere voluissim; sed illud censorium elogium Ap. Claudii, & L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo vsus est quisque eorum, pro lege palam vniuersis recitarem: nonne tibi viderer aeternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neque post illum delectum senatus te vniquam vidimus. Nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina reip. confluerat. At idem Sallustius, qui in pace a senator quidem manserat, postea quam resp. armis oppressa est, & idem victores, qui exsules reduxit, in senatum post quaesturam reductus est. Quem hono-

rem


rem ita gessit, ut nihil non venale in eo habuerit, cuius aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non aequum, ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisse: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis praedae loco accepisset magistratum. Peracta quaestura, posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitae se coniunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis exemplar erat Sallustius, quo tanquam in imam voraginem coetus omnium vitiorum excefferat: quidquid impudicorum *cilonum*, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, colonis, Italia tota, sicut in fretis, subsederant, nominis perdit, ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum, & cupiditate rerum nouarum. At postea quam praetor factus est, modeste se gessit & abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint, neque expectarint grauius focii nostri in bello, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? vnde tantum hic exhaust, quantum potuit aut fide nominum transiici, aut in naues contrudi. Tantum, inquam, P. C. exhaust, quantum voluit: ne causam diceret, sestertio duodecies cum Caesare paciscitur. Quod si quippiam eorum falsum est; hic palam refelle, vnde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Caesaris, reliquas possessiones parauearis? Neque piguit quaerere, cur ego P. Crassi domum emissem: cum tu veteris villae dominus sis, cuius paulo ante fuerat Caesar? modo, inquam, patrimonio non comeso, sed deuoraro, quibus rationibus repente factus es tam affluens, & tam beatus? Nam quis te faceret haeredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis, ac par tui? At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum siue tu es similis, siue illi tui, nihil ad ornatum scelerum, ac nequitiam addi potest. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, Crispe Sallusti, tantidem putas esse bis senatorem, & bis quaestorem fieri, quan-

quanti bis consularem, & bis triumphalem? *Carere debes omni vizio, qui in alterum paratus est dicere.* Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum affecta, omnium cubicularum in aetate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitude es, & ciuiliis belli memoria. Quod enim grauis pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videamus? Desine bonos perulantissima consecrari lingua: desine morbo proacacitatis isto vti: desine vnumquemque moribus tuis aetlimare: his moribus amicum tibi facere non potes, videris velle inimicum habere. Finem dicendi faciam P. C. Saepe enim vidi grauius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quid Sallustius merito debeat audire, sed vt ea dicam, si qua ego honeste effari possim.

C. SALLVSTIVS CRISPVS  
EXPLICIT.



COL-



COLLECTIO  
LOCUTIONVM SALLVSTII  
SINGVLARIVM.

C. significat Bellum Catilinarium,  
I. Bellum Iugurthinum. Prior Nu-  
merus Caput, alter Paragra-  
phum.

**A** Bunde esse. *Cat.* 21, 1, 58, 9.  
Adeptus, in *significatione passiva*, I. 101, 9  
& *passim*.

*Ad hoc*, C. 14, 2. & *saepissime alibi*.

*Ad se versus*, I. 58, 4. 69, 1.

*Ad tempus*, pro *in tempore*, I. 70, 4.

*Ad urbem erant imperatores*, C. 39, 4.

*Aduolui genua*, *Fragm. incert.*

*Aegritudo*, I. 82, 3.

*Aequa manu discedere ex praelio*, C. 39, 4.

*Aemulatus facta consultaque*, *Fragm. Hist. L. III.*

*Aequum bonumque*, I. 35, 7.

*Aetatem agere*, C. 4, 2. & *saepissime alibi*.

*Aetatem habere procul a republica*, C. 4, 1.

*Agere aetatem in excelso*, C. 51, 12.

*per ignauiam*, I. 2, 4.

*pro victore*, I. 98, 7.

*vitam in obscuro*, C. 51, 12.

Q

Agi-

INDEX.

---

- Agitare imperium*, C. 9, 6.  
*laetitiam*, C. 48, 1.  
*mente*, C. 20, 5.  
*pacem*, I. 14, 10.  
*praesidium*, I. 55, 4. 85, 33.  
*republicam*, C. 28, 3.
- Alia omnia*, C. 47, 1. I. 58, 1.
- Aliena mens*, C. 37, 1.
- Alienus consilii*, C. 48, 5.
- Alius post alium*, I. 63, 5.
- Alteri alteros vincere*, I. 42, 4.
- Agat fieri*, I. 34, 1.
- Amplius duobus millibus*, C. 56, 2.
- Amplius annos XXX.* C. 59, 6.
- Animo valere*, I. 11, 5.
- cum Animo suo reputare, valere, cogitare, agitare,*  
*trahere*, I. 13, 5. & passim.
- Antecapere*, C. 13, 3. & passim.
- Anteuenire*, I. 4, 6. & saepius.
- Anxius trahere cum animo suo*, I. 93, 1.
- Ardens in cupiditatibus*, C. 5, 3.
- Arduum, pro difficili*, C. 3, 2. & saepissime.
- Aspera foedaque euenerant*, C. 26, 6. & saepissime.
- Atque, pro quam*, C. 27, 6, 7.
- Atterere alterius pudorem*, C. 16, 3.
- B.
- Belli domique*, I. 41, 7.
- Bonum & aequum*, I. 15, 3.
- honestumque*, I. 5, 5.
- C.
- Castellani*, I. 22, 7.

# INDEX.

- Casus pro occasso*, I. 25, 10. & *passivus*.  
*Circumventus difficultatibus*, I. 7, 1.  
     *necessitudinibus*, C. 21, 1.  
*Claritudo*, I. 2, 4. 7, 4.  
*Clemens pro non nimius*, I. 22, 1.  
*Cognomen ex virtute*, I. 5, 4.  
*Commercari*, I. 66, 1.  
*Concedere in ius*, C. 20, 7.  
     *nomen & gentem imperantium*, I.  
         18, 12.  
     *naturae*, I. 14, 15.  
*Consuetudo stupri*, C. 23, 4.  
*Consuetum pro familiari*, I. 85, 6.  
*Consultare rei publicae*, C. 6, 7.  
*Contendere flagitiis*, C. 11, 2.  
*Coopertus flagitiis*, C. 23, 1.  
*ex Copia rei facere*, I. 39, 5.  
*pro Copia rei facere*, I. 90, 1.  
*Creditum abiurare*, C. 25, 4.  
*Cultus pueritiae*, I. 75, 1.

## D.

- Dare victos hostes*, I. 79, 3.  
*Deformatus aerumnis*, I. 14, 7.  
*Descendit in pectus*, I. 11, 7.  
*De integro*, I. 62, 10.  
*Detractare pro calumniari*, I. 53, 8.  
*Diei vesper erat*, I. 52, 3.  
*Degredi monte*, I. 49, 3.  
*Discordiosus*, I. 66, 2.  
*Dolentia alicui*, I. 87, 1.

INDEX.

---

*Domus foris*, C. 20, 14.  
*Ductare exercitum*, C. 11, 5. 19, 3.

E.

*Egressus ad summum montis*, I. 93, 2.  
*Emori per virtutem*, C. 20, 9.  
*Ex conscientia timere*, I. 62, 8.  
*Ex copia rerum statuere*, I. 39, 5.  
*Ex lubricitate uti*, I. 42, 4.  
*Ex vero*, C. 8, 1.  
*Extrema experiri*, C. 26, 6.  
*in Extremo fortunae sitae*, I. 23, 2.  
*Extremum diei*, I. 21, 2.

F.

*Fausto opus*, C. 46, 2. & passim.  
*Falsum esse, pro, deceptorem esse*, C. 10, 5.  
*Falsum me habuit ea res*, I. 10, 1.  
*Fides publica*, C. 48, 3.  
*Fidei causa*, I. 85, 29.  
*Fortunatus forma, genere*, C. 25, 1.  
*Furibundus*, C. 31, 9.  
*Futurum quae imperata sint*, I. 100, 4.

G.

*Gignentium nuda*, I. 79, 6. *cuncta*, I. 93, 4.  
*Gnarritas locorum*, *Fragm. Hist. L. III.*  
*Grassari ad gloriam via virtutis*, I. 1, 3. *cupidine*  
*atque ira*, I. 64, 5.  
*in Gratia habere*, I. III, 1.

# INDEX

*ea Gratia id euenit*, I. 54, 4.  
*Gratiam facere delicti*, C. 52, 8,  
*quaerere*, I. 4, 3.  
*Gratis bonus*, C. 16, 4.

## H.

*Habent in se mores*, I. 54, 4.  
*Habere accurate & liberaliter*, I. 103, 5.  
*compertum*, C. 58, 1.  
*exercitum luxuriose*, C. 11, 5.  
*in amicis*, I. 7, 6.  
*in custodiis*, C. 50, 5.  
*incertum*, C. 41, 1.  
*in incerto*, I. 46, 7.  
*in propatulo*, C. 13, 3.  
*in spe*, C. 31, 7.  
*manifestum*, I. 33, 4.  
*occultum*, C. 23, 6.  
*pensi & moderati*, C. 23, 3. & *passim*.  
*pericula vilia*, C. 16, 2.  
*se se aequaliter*, C. 2, 2.  
*Haueto, pro Valetto*, C. 35, 6.  
*Hiberna*, I. 103, 4.  
*Homo adolescens*, C. 38, 1. & *passim*.  
*foedus*, C. 19, 1.  
*nouus*, C. 23, 2. I. 85, 3.  
*Honestatus honore*, C. 35, 3.  
*Hostilia facere*, I. 107, 2.

## I.

*Iacere mentionem*, I. 11, 5.  
*Id locorum*, I. 63, 6, 72, 2.

Q<sup>3</sup>

*Idem*

INDEX.

- Idem maioribus suis facere, pro, idem quod maiores,*  
I. 85, 17.
- Ignava lingua, regio, pro, ignota, l. 18, 7. 52, 4.*
- Ignoratus, pro, occultatus, l. 54, 9.*
- Impensus quid facere, l. 75, 1.*
- Imponere invidiam, C. 42, 4.*
- Importuosum mare, l. 17, 5.*
- de Improviso, C. 28, 1.*
- Impunitas alicuius facti, C. 30, 6.*
- In hostem pugnare, C. 9, 5.*
- In invidia esse, l. 25, 5.*
- Imperio natus, l. 31, 11.*
- In manus, pro, ad manus, venire, l. 89, 2.*
- In obscuro vitam agere, C. 51, 12.*
- In oculis situm, C. 20, 16.*
- In rem est, C. 20, 1.*
- In unum convocare, C. 17, 2. & passim.*  
*se recipere, l. 49, 5.*
- Incedunt per ora vestra, l. 31, 10.*
- Inceptum, pro consilium, l. 90, 2. & passim.*
- Incredibile memoratu, C. 6, 2. & passim.*
- Incultus, substantiue, l. 2, 4.*
- Inermus, l. 107, 1.*
- Ingenium in promptu habere, C. 7, 1.*  
*loci, Fragm. Hist. L. III.*
- Ingens belli animus, l. 63, 2.*
- Innocens, pro, integer, incorruptus, l. 46, 1.*
- Insolens malorum artium, C. 3, 4.*
- Insolentia loci, l. 49, 6.*
- Instruere praelio, Fragm. Hist. L. I.*
- Intendere officia, l. 75, 8.*
- Interrogatus lege, C. 31, 4.*

Int-

## INDEX.

- Intestabilis, pro detestabilis, l. 67, 3.*  
*Inuasit auaritia in animos, l. 32, 4.*  
*Iocum mouere, C. 25, 5.*  
*Is talis vir, l. 63, 6.*  
*Iurare ex sententiâ, l. 109, 4.*  
*Ius bonumque, C. 9, 1.*  
     *fasque, C. 15, 1.*  
*Iuxta aestumare, C. 2, 7.*  
     *ponere, l. 65, 2.*

### L.

- Legare sibi, pro, legatum sibi adsumere, l. 28, 4.*  
*Liberalis pecuniae, C. 7, 7.*  
*Locus placitus, l. 81, 1.*  
     *Lubidinem habere in aliquare, l. 40, 3.*  
*Luculenta oratio, C. 31, 6.*

### M.

- Malefici generis animalia, l. 17, 6.*  
*Manifestus sceleris, C. 52, 36. l. 35, 8.*  
*Miserari, pro, commemorare ad mouendam commi-*  
     *serationem, l. 23, 2.*  
*Miseriae onerique esse, C. 10, 2.*  
*Mulier ancilla, l. 12, 5.*  
*Multum diei, l. 51, 2.*  
*Multus instat, l. 84, 1.*

### N.

- Naturae concedere, l. 14, 15.*  
*Necessitudo, pro, necessitas, C. 59, 19. & pessim.*



## I N D E X.

---

*Proxima Carthaginem, I. 18, 11.*

*Proxime Hispaniam, I. 19, 4.*

*Publicum bonum, C. 38, 3.*

*malum. C. 37, 8.*

### Q.

*Quasi, pro, fere; saepissime.*

*Quaestivissimae epulae, Fragm. Hist. L. II.*

### R.

*Repulsum abire, I. 110, 8.*

*Requiescere ex miseris, C. 4, 1.*

### S.

*Satias, pro, satietas, Fragm. Hist. L. III.*

*Satisfactio, C. 35, 2.*

*Senati, pro Senatus, in genitiuo, C. 36, 5. & passim.*

*Senatum dare, I. 13, 9.*

*Senecta aetas, Fragm. incert.*

*Senectum corpus, Fragm. Hist. L. IV.*

*Sicuti, pro, tanquam, C. 28, 1. & passim.*

*Sine modo modestiaque, I. 41, 9.*

*Soluerat, pro, solitus fuerat, Fragm. Hist. L. II.*

*Student sese praestare caeteris, C. 1, 1.*

*Sublima nebula. Fragm. Hist. L. III.*

*Supplicia, pro, precibus & supplicationibus, C. 9, 3.*

*& passim.*

*Supra repetere, C. 1, 9.*

### T.

*Torcumata, C. 20, 13.*

*Tra-*

## INDEX.

- Trabere animo*, I. 84, 3.  
    *cum animo*, I. 93, 1.  
*Tumulti*, pro *tumultus*, C. 59, 5.  
*Tutus*, pro *tuitus*, I. 52, 4.  
    V.  
*Vacuus ab odio*, C. 51, 1.  
    *frugis*, I. 90, 1.  
*Venum ire*, I. 28, 1.  
*Vesper diei*, I. 52, 3.  
*Vexare pecuniam*, C. 20, 13.  
*Vitabundus*, I. 101, 9.  
*Vlciscor*, *passive*, I. 31, 3.  
*Volentia*, pro *quae volumus*, I. 73, 3.  
*Voluptarius*, C. 11, 6.  
*Vulgus fuimus*, C. 22, 7.

FINIS.



CATALOGVS  
VARIORVM LIBRORVM  
CLASSICORVM,


Quos  
propriis sumtibus imprimi  
curauit

M. G. WEIDMANNVS, Bibl. Lipsf.

- C** Jul. Caesaris comm. de Bello gallico & ciuili, cum  
viriisque supplementis ab A. Hirto vel Oppio ad-  
iectis. Christophorus Cellarius recensuit, & No-  
tis ac nouis Tabulis Geograph. illustrauit. in 8. Lipsiae  
1705.
- I**soctatis Attici Rhet. Orationes tres & Plutarchi libellus de  
puerorum Educatione: Analyfi grammatica, interpreta-  
tione simplici ad Textum graecum & Paraphrasi perspi-  
cua admodum Ioh. Minellii illustrati studio M. Christ.  
Iunckeri, 8. Lipsf. 1704.
- L**uc. Ann. Flori rerum Rom. libri quatuor. Editio noua, cum  
notis selectis & nouis instar I. h. Minellii illustrata a M.  
Christ. Iunckero, 12. Lipsiae 1703.
- P**. Virgilius Maro cum notis nouis admodum Ioh. Minellii  
studio M. Christ. Iunckeri 12. Lipsiae 1703.
- P**. Terentii comediae sex, ex emendatiss. Editionibus re-  
censitae ad modum Ioh. Minellii cura & studio M. Christ.  
Iunckeri, Lipsiae 12, 1702.
- A**esopi Fabulae in Scholis vsitatae a Ioach. Camerario com-  
positae, nunc Vocab. ac phrasibus lat. germ. adornatae  
a M. Alb. Reineccio, 8. ib. 1699.
- C**unaei Petri Orationes argumenti varii, eiusdem. alia Opuscu-  
la lat. cum nouis notis & Obseruat. Christ. Cellarii, in 8.  
Lipsiae 1693.
- I**eronimus M. T. de Officiis Libri tres, cum notis perpetuis  
ad modum Ioh. Minellii illustrati 12. ib. 1699.
- E**j. Orationes selectae cum not. select. & Ind. Iscuplet. ad  
modum Ioh. Minellii illustratae 12. ib. 1701.

M. Tull.

- M. Tull. Ciceronis Epistolarum, quae extant ad Familiare:  
 Lib. 26. in vsum locupletissimum notis perpetuis ad mo-  
 dum Ioh. Minellii illustratarum, ib. 1705.
- Q. Curt. de Rebus Alex. M. c. notis perp. ad modum Ioh.  
 Minellii, & Ind. locupl. illustratus 12. ib. 1700.
- Corn. Nepos, cum notis select. ff. in modum Ioh. Minellii il-  
 lustratus, 12. ib. 1699.
- Cellarii Christ. Conciones civ. seu Orationes, ex optimis  
 Historicis lat. excerptae, auctae & in meliorem ordinem  
 redactae, 12. ib. 1699.
- Erasmi Rot. de civilitate morum lat. & germ. 8.  
 Iustini Historiarum Libri, cum Notis select. ad modum Ioh.  
 Minellii, & ind. locupl. illustr. 12. Lips. 1701.
- Lindnerus Trilinguis, h. e. Lexicon lat. graec. & germ. E-  
 ditio quarta, longe auct. & corr. 8. Lips. 1700.
- Laurembergii Petri institutiones Arithmeticae; Edit. noua  
 & addit. aucta ab Hier. Dicelio 12. ib. 1698.
- Murmellii Ioh. Loc. communes, & Taubm. sent. 8.
- Ouid. P. Nat. Opera omnia tomis tribus comprehensa cum  
 castig. & obseruat. Nic. Heinsii 22. Lips. 1697.
- Paforis Georg. Manuale N. T. 12. Lips. 1698.
- Ej. Syllabus gr. lat. & lat. gr. omnium N. T. Vocum, ordi-  
 ne Alphab. & iuxta edit. Ioh. Leusdenii, 12. 1699.
- Schonsleideri Wolffg. S. I. Apparatus Eloquens, cum  
 praef. Christ. Cellarii in 8. 1698.
- Schmidii Er. & Ph. Melanchthonis Grammat. lat. 8.
- Ej. Compendium ex Grammatica Latina pro primis inci-  
 pientibus, 8. ib. 1699.
- Thomasi Iac. Philosophia practica Tabellis comprehensa,  
 cum Annot. Eiusd. fol. Lips. 1697.
- Ej. Schediasma hist. s. vartis ad Historiam tum philos. tum  
 Ecclési. pertinentia &c. ib. in 4.
- Ej. Breuiarium Ethicorum Aristotelis ad Nicom. ib. 8.
- Tursellianus Hier. de particulis lat. Orat. locupletatus a M.  
 Thomasio 12. Lips. 1700.
- Vogelmanni Georg. Elegantiae lat. Serm. 12. ib. 1604.
- Caji Suet. Tranq. Caesarum XII. vitae, ad modum Ioh. Mi-  
 nellii cura M. Christ. Funckeri, Lipsiae 1706.



illares  
d moe  
a Ioh.  
illi il-  
ytimis  
dinem  
n Ioh.  
m. E.  
. noua  
fa cum  
ordi-  
cum  
n inci-  
henfa,  
of. tum  
ib. g.  
us a M.  
4.  
bb. Mi.

94 V 1



1018

Bibl. der Franckeschen Stiftungen Halle



Ha33\$0159603

